Apud hebꝛeos due ſunt opiniões circa h̾: q: Rabi Elieçer ⁊ ſui ſeq̃ces dicũt ꝙ iſte ẽ mẽſis octobꝛis: q̃ hebꝛaice noĩaṫ mareſeban. Dicũt eĩ ꝙ ꝑmꝰ mẽſis ãni ẽ ſeptẽber in q̃ arboꝛes ſũt ꝑfecte ĩ ſuis fructibꝰ: q: h̾ ꝓducte ſũt a ꝑncipio: vt patuit. ſ. c. j. Et iõ q: mũdꝰ videṫ fuiſſe creatꝰ ĩ iſto mẽſe: iõ dicũt eũ eſſe ꝑmũ ſimplr ĩ ãno: q: ĩ eo a ꝑncipio ĩceꝑẽt ãni ⁊ mẽſes. Ra. io ſue ⁊ ſeq̃ces eiꝰ dicũt ꝙ ipẽ ẽ apꝛiľ: q: martiꝰ q̃ hebꝛaice noĩaṫ niſã vocaṫ ꝑmꝰ ꝑm feſta. vñ Exo. xij. d. ꝑcipiṫ ĩmolare phaſe xiiij. lũa ad veſpa; ꝑmi mẽſiſ. ¶ Sciẽdũ tñ ꝙ martiꝰ hebꝛeoꝝ aliq̃ñ ꝯcurrit cũ apꝉi nr̃o: ⁊ iõ aliq̃ doctoꝛes nr̃i dicũt ꝙ apꝛiľ eſt ꝑmꝰ mẽſis apð hebꝛeos: ⁊ pleniꝰ ꝺ h̾ diceṫ Exo. xij. a. ꝑma ãt opinio cõius teneṫ apð hebꝛeos ⁊ rõnabiliṫ vt videṫ: q: ĩ aliq̃ genere aliq̃d bñ noĩaṫ ꝑmũ: nõ q: ſit ꝑmũ ſimplr: ſ; ꝓpꝫ aliquẽ notabilẽ euẽtũ: ſiẽ. j. Mach. j. a. ꝑmꝰ ãnꝰ alexãdri magni vocaṫ ꝑmꝰ ãnꝰ regni grecoꝝ ꝓpꝫ facta notabilia alexãdri: ⁊ tñ añ eũ fuerũt plures reges ĩ grecia. ita etiã videṫ dici de martio ꝙ tũc ſit noĩatꝰ ꝑmus mẽſis apud hebꝛeos ꝓpter exitum eoꝝ de terra egypti in illo menſe: ⁊ hoc videṫ lr̃a ſonare Exo. xij. a. Dixit q̃; dñs ad moyſen: mẽſis iſte vobis ꝑncipiũ mẽſiũ ꝑmus erit in mẽſibus anni. ac ſi diceret. licet de ꝑterito nõ fuerit ꝑmus noĩatus: de cetero tñ erit ex cauſa dicta.

a ¶ Cataracte. Feneſtre/ nubes ſcȝ que ſunt aperte: vt in/ de inſolite ꝛ maioꝛes pluuie funderent. Cataracte ꝓ ꝓprie oſtia nili: ſȝ abuſiue ꝑ oībus feneſtris ponūt. ¶ Rab. De arca ſolet queri vtrū tanta capacitate q̄ta deſcribit aīalia oīa q̄ ingreſſa dicunt: ꝛ eſcas eoꝝ ferre potuerit: Qđ cubito geometrico ſoluit Oꝛigenes/ aſſerens nō fruſtra dictū eſſe moyſen omni ſapientia egyptioꝝ fuiſſe eruditū: q̄ geometriam dilexerunt: ꝛ cubitū geometricū q̄tum ſex noſtros cōtinere.

Cataracte

Queſtio

Cubitꝰ

b ¶ Bina ꝛ bi. ꝛc. Augꝰ. Precepit ſuperiꝰ ſeptena ꝛ ſeptena de mūdis: duo ꝛ duo tolli đ īmūdis. Quō ergo nūc dicit duo ꝛ duo intraſſe: ſiue de mūdis ſiue īmūdis: ſed hoc refert nō ad numerum mundoꝝ ꝛ immūdoꝝ/ ſed ad maſculū et feminam. In omnibus enī duo ſūt/ maſculus et femina. ¶ Notandū vero qđ dicitur: In qua erat ſpiritus vite: nō ſolū de hominibꝰ: ſed et de pecoꝛibus dictū: q2 quidā de ſpiritusancto volunt intelligi/ quod ſcriptū eſt: Inſufflauit in faciē eius ſpiritū vite: ſed q̄dā codices habent melius flatū vite.

Nota

ſ. j. b.

c ¶ Quadraginta diebꝰ ꝛc. Alchui. Quadragenario numero pluuia inundauit: qui tribulationē penitētie oſtēdit. Poſt. xl. dies noe feneſtrā aperuit/ ſignificās ieiunātibꝰ celū aperiri. Unde moyſes/ helias/ et ipſe ſaluatoꝛ q̄dragenario numero ieiunia cōſecrauit/ tanq̄ꝫ tribus tempoꝛibus neceſſaria ante legē/ ſub lege/ ſub gratia. d ¶ Quidecim cu. altioꝛ ꝛc. Si terra olympi mōtis (vt tradit hiſtoꝛia) potuit inuadere ſpatiū tranquilli aeris: vbi dicit nec nubes videri/ nec ventus ſentiri: cur nō ꝛ aque creſcēdo. Septima vero req̄es cum octaua reſurrectione iungit. Reddito enī coꝛpoꝛe ſanctoꝝ requies nō finit/ que poſt hanc vitaꝫ dat. Sed totus homo nō iam ſpe ſed ipſa re coꝛpoꝛe et ſpū ꝑfecta ꝛ īmoꝛtali ſalute renouatus/ in eternāvitā aſſumitur: hoc ergo in ſacramēto regenerationis noſtre. i. baptiſmo altū myſteriū eſt: altū ꝙ. xv. cubitis excreuit aq̄ ſup omnē altitudinē mōtiū. Septeꝫ enī ꝛ octo q̄ndecim fiunt. Septenarius quietē/ octonarius ſignificat reſurrectionē. Hoc igit ſacramentū reſurrectionis ꝛ quietis trāſcendit omnē ſapiētiā ſupboꝝ: vt nō poſſint indagare ſciētie ſue altitudine reſurrectionis quietē. ꝛ q2. lxx. a. vij. ꝛ. lxxx. ab viij. nominant/ coniuncto vtroq̄ꝫ numero. cl. diebꝰ exaltata ē aqua: cōmēdās ꝛ cōfirmās eādē baptiſmi altitudinē in cōſecrando nouo hoīe: ad tenēdā quietē ꝛ fidē reſurrectionis. ¶ Quidecim. Sunt q̄ putāt/ nec terre q̄litatē talē/ nec altitudinē montiū tantā ante diluuiū fuiſſe/ qualis ꝛ quāta eſt hodie. e ¶ Deleta ſūt đ terra. Alchu. Ideo magis terrena aīalia perierūt q̄ꝫ aq̄tilia: q2 de maledicta terra viuūt.

Olympꝰ mons

Ecci. 39. c.

Sap. 10. a

23. q. 5. c. q̄d ergo

†6. di. c. nō eſt. ꝟ. nāle

Nota de montibꝰ

a ¶ vt nō ſenſim de moꝛe flueret: ſȝ repētina inundatione terram operirent.

a mo die mēſis/ rūpti ſunt oēs fontes a abyſſi magne: ꝛ cataracte celi apte b ſūt: ꝛ facta ē pluuia ſup terrā q̄draginta diebꝰ et q̄draginta noctibus. In articulo diei illiꝰ igreſſus ē noe c et ſem ꝛ cham et iapheth filij eius: vxoꝛ illiꝰ et tres vxoꝛes filioꝝ eiꝰ cū eis in arcā: Ipſi et omne aīal ſꝫm genus ſuū: vniuerſaq̄ꝫ iumenta in †genere ſuo: ꝛ omne qđ mouet ſup terram in genere ſuo: cūctūq̄ꝫ volatile ſꝫm genꝰ ſuū. Uniuerſe aues oīmeſq̄ꝫ volucres ingreſſe ſunt ad noe in b arcā: bina et bina ex omni carne in qua erat ſpūs vite: Et q̄ igreſſa ſūt: maſculus ꝛ femina ex oī carne itroierunt: ſicut p̄ceperat ei deꝰ: et inclu d

a ¶ qđ homo facere nō poterat: ne aque introirent deus exterius bituminauit.

ſit euȝ dn̄s de foꝛis. Factumq̄ꝫ eſt e c diluuiū quadraginta diebus ſuper terrā: et multiplicate ſūt aque: et eleuauerūt arcā i ſublime a terra. Uehemēter enī inundauerūt/ et oīa repleuerūt in ſupficie terre. † Poꝛro f arca ferebat ſup aquas: et aque p̄ualuerunt nimis ſup terrā: opertiq̄ꝫ ſunt oēs montes excelſi ſub vniuer d ſo celo. Quindecim cubitis altioꝛ g fuit aqua ſuper montes quos operuerat. Conſumptaq̄ꝫ eſt omnis ca h ro que mouebat ſuper terraꝫ/ volucrū/ animantiū/ beſtiaruꝫ: omniūq̄ꝫ reptiliū q̄ reptāt ſup terrā. Uniuerſi hoīes ꝛ cuncta in quibus ſpiraculū vite eſt in terra: moꝛtua ſunt. † Et i deleuit oēm ſubſtantiā que erat ſuper terram ab homine vſq̄ꝫ ad pe e cus: tam reptile q̄ꝫ volucres celi: et deleta ſunt de terra. † Remāſit au k tem ſolus noe et qui cum eo erāt in arca. Obtinuerūtq̄ꝫ aque terraꝫ cē l tum quinquaginta diebus.

rū i ſignis calidis. ſȝ enī diluuiū ꝑticulare i aliq̄ ꝑte terre cām habeat naturalē: generale tn̄ diluuiū maxīe i tāto exceſſu ꝙ q̄ndecim cubitꝰ trāſcēdat cacumīa montiū/ nō pōt naturalit euenire. vn̄ ꝛ phus. ij. metheo. dicit: ꝙ cū vna ꝑs terre q̄ priꝰ erat arida operit marit: alia ꝑs in alia regiōe vbi erat mare diſcooperit ꝛ fit arida: ſȝ ꝙ tota terra ſit coopiat aq̄s: ſꝫm eū īpoſſibile videt nec ꝟtute aliq̄ nāli pōt tātū đ alijs elemētꝰ cōuerti i aquā ꝙ excedat capita mōtiū: maxīe i tāta altitudine. b ¶ Et cataracte celi. i. feneſtre: Loq̄t h̄ metaphoꝛice/ nec loq̄t đ celo ſtellato: ſȝ de celo aereo vbi generāt nubes ꝛ pluuia. c ¶ In articulo diei illiꝰ. Articulꝰ īpoꝛtat rē diſtinctā et manifeſtā. Deus enī fecit ingredi noe de die clara ꝛ manifeſta: ad oñdēdū ꝙ poterat eū tueri a malis hoībꝰ illiꝰ tꝑis q̄ cogitauerāt eū occidere/ cetera patēt vſq̄ꝫ ibi: d ¶ Et iclu. eū dn̄s de fo. Noe enī itra arcā exiſtēs/ nō potuit oſtiū extra bitumīare: ꝛ ideo dn̄s ſuppleuit qđ hō nō potuit: vn̄ ꝛ hebꝛaica littera habet: Et clauſit dn̄s ꝑ eo. e ¶ Factūq̄ꝫ ē diluuiū. Hic ponit diluuij exceſſus: quia aſcēdit vltra cacumina montiū: et patet littera vſq̄ꝫ ibi: f ¶ Poꝛro arca ferebat ſup aquas. Nō eſt intelligēdum ꝙ tota arca eſſet ſuper aquas: ſed q̄tum ad maioꝛem partem. duodecim enī cubitis ꝑfundata fuit intra aquas/ vt videbit in ſequēti ca. g ¶ Quindecim cubi. ꝛc. eodē mō accipiēdi ſūt cubiti ſicut ſupꝛa. h ¶ Cōſūptaq̄ꝫ ē oīs caro. Hic ꝯn̄r deſcribit creature viuētis deceſſus/ ꝛ pȝ. i ¶ Et dele. oēm ſub. ſcȝ viuētē/ iđ ſeq̄t: Ab hoīe vſq̄ꝫ ad pecꝰ. ſeq̄t: k ¶ Remāſit aūt ꝛc. Ex h̄ pȝ falſitas aliquoꝝ iudeoꝝ dicētiū ꝙ og q̄ poſtea legit rex baſan/ ꝓpt ſui magnitudinē et foꝛtitudinē euaſit diluuiū. Hoc enī dictū manifeſte ꝯdicit huic lr̄e ac etiaꝫ p̄cedēti/ cū đr: Cōſūptaq̄ꝫ ē oīs caro/ ꝛ ſeq̄t: Uniuſi hoīes ꝛ cūcta i ꝛc. l ¶ Obtinuerūtq̄ꝫ aq̄ ꝛc. ſ. cōputando a p̄ncipio īundatiōis diluuij vſq̄ꝫ ad diē q̄ aq̄ ceperūt minui. ſ. poſt. cl. dies. iđ đr i textu ſeq̄nti: Et cepert minui poſt. cl. dies. Ra. Sa. dic ꝙ iſti cl. dies cōputādi ſūt a fine deſcēſus pluuiaꝝ: ita ꝙ dies. xl. p̄cedūt q̄bus facta ē pluuia: ꝛ ſic exponit obtinuerūt. ſ. ī magnitudīe ꝛ foꝛtitudīe ſua ꝛ ſic ſꝫm eū a p̄ncipio īundatiōis vſq̄ꝫ ad īchoationē decremēti aq̄ꝝ fluxerūt. cxc. dies/ ꝛ qđ đr: Et ceperūt minui poſt. cl. dies: exponit a fine deſcēſus pluuiaꝝ. ſ. poſtq̄ꝫ aq̄ obtinuerāt in foꝛtitudine ſua terrā.

Als †genꝰ ſuū

Og rex

Tempꝰ diluuij

✳ d ¶ Et iclu. eū do. đ fo. ꝑ q̄ ſignificat ꝙ nullꝰ ꝑfectionē ꝟtutū īgredit nec ī ea ꝑmanet: niſi dei gr̄a adiuuet. ij. Coꝝ. iij. b. Nō ꝙ ſimꝰ ſufficiētes aliq̄đ cogitare a nobis q̄ſi ex nobis: ſȝ ſufficiētia nr̄a ex deo ē. Et ſi n̄ poſſumꝰ cogitare multominꝰ facere. Mꝛ tū ad ſcđm ſicut pȝ in textu in arca ſaluate fuerūt aues/ beſtie/ ꝛ ſimilit ſaluati fuerūt hoīes ꝑ qđ deſignat ꝙ in arca ꝟtutū ſaluant cōtēplatiui ad alta volātes: et actiui ī terra agētes/ ꝛ p̄lati vtriſq̄ꝫ p̄ſidētes. Mꝛ tuȝ ad tertiū oīa q̄ fuerūt extra arcā moꝛtua fuerūt/ ideo dicit: h ¶ Conſumptaq̄ꝫ eſt oīs caro ꝛc. Nā excluſi ab edificio virtutis iā moꝛtui ſunt moꝛte culpe: licet adhuc viuāt vita nature ſicut dicit Apo. iij. a. Nomē habes ꝙ viuas: ꝛ moꝛtuꝰ es.

Moꝛalit

## Nico. de lyra

✳ Diluuij cauſa

a ¶ Rupti ſunt omnes fontes. Nomīe ruptionis vtit ad oſtendendū ꝙ iſtud diluuiū nō ꝓceſſit ex cauſa naturali ſed ſupnaturali: ꝛ ideo deridendi ſunt illi qui huiꝰ diluuij volunt cauſam naturalem aſſignare dicentes: ꝙ cauſa fuit coniūctio planetarū humidoꝝ in ſignis pluuialibꝰ: ex qua cōiunctione factū fuit iſtud diluuiū: ꝛ eodē modo volūt aſſignare cauſam incendij futuri ante iudiciū ꝑ cōiunctionē planetarum calidorum in ſignis

A Adduxit ſpiritum ſuper terrā ⁊c. Ca.VIII Alchu. De illo ſpiritu intelligi poteſt: de quo dictum eſt: Spiritus dei ferebat̄ ſuper aquas/ tunc ferebatur vt congregaās in ſuum locū terra appareret: nūc adducit̄/ vt ablatis aquis diluuij/ faciē terre reuelaret. Poteſt ꝑ ſpiritum vētus intelligi/ iuxta illud Pſ̄.cvj.c. Et ſtetit ſpiritus ꝓcelle/ cui⁹.ſ. flatibus aqua recederet. b Reuerſeq̄ ſūt ⁊c. Alchu. Videt̄ ꝙ omnis fluuiorū decurſus ꝑ occultos meatus ad abyſſū redeant. Iuxta illud Eccs.j.b. Ad locum vnde exeunt flumina reuertent̄. c Requieuitq̄ arca menſe ⁊c. Iſid. Septenaria requiē ſignificat: ⁊ quia ꝑfecti requieſcūt ibi: ſupradicte q̄ȝ quadrature numerus iteratur. Nā viceſimaſeptima die ſecundi menſis cōmendatur ſacramentū: ⁊ rurſus viceſimaſeptima die ſeptimi mēſis confirmatur: cum arca requieuit: qđ enī ꝓmittit̄ in ſpe/ exhibet̄ in re. Aug⁹. Vtrum poſt cētuȝ quinquaginta dies hec facta ſūt: aut per recapitulationē omnia memorata: que poſt.xl. dies pluuie ceperunt fieri: vt hoc ſolū ad.cl. dies ꝑtineat: ꝙ vſq̄ ad ipſos mōtes aqua exaltata/ aut de fontibus abyſſi iam ceſſante pluuia: aut quia māſit in altitudine nullo ſpiritu ſiccante. Cetera vero que dicta ſunt/ nō poſt cētū quinquaginta dies omnia facta ſunt/ ſȝ cōmemorata: q̄ ex fine.xl. dierū fieri ceperūt. d Decimo enī mēſe. Notandū ꝙ decimo mēſe apparuerūt cacumina mōtiū: que xv. cubit⁹ excesſerāt aque diluuij: q: ſacramēta eterne quiet⁹ ⁊ glīa reſurrectionis (quā neſciuit ſapīa ſupborū) itellexit eminētia ſanctorū ꝑ impletionē ꝑceptorū. vñ Pſ̄.cxviij.n. A mādat⁹ tuis itellexi. Et alibi Luce.x.d. Abſcōdiſti hec a ſapiētibus et prudentibus/ ⁊ reuelaſti ea paruulis.

Margin: Septenaria reqes

Egrediebat̄

a ¶ poſt inundationē.xl. dier.

Recordatus eſt Ca.VIII autē de⁹ noe cunctorūq̄ animātiū: et oīm iumentoꝝ que erant cum eo in arca: ⁊ adduxit

a ¶ ſanctum vel ventum cuius flatibus aqua recederet.

ſpiritum ſuper terrā: ⁊ imminute ſūt aque: et clauſi ſunt fontes abyſſi et cataracte celi: et ꝓhibi

a ¶ videtur quod fluuiorum ⁊ riuorum decurſus per venas terre ad matricem abyſſum redeant.

te ſunt pluuie de celo. Reuerſeq̄ ſunt aque de terra euntes ⁊ redeūtes: et ceperūt minui poſt cētum quinquaginta dies. Requieuitq̄ arca menſe ſeptimo: viceſimaſeptima die menſis ſuper montes armenie. At vero aque ibant et decreſcebant vſq̄ ad decimum menſem. Decimo enī menſe primo die menſis apparuerūt cacumina montiū.

## Nico. de lyra

B Recordatus aūt domin⁹ noe. Hic cō- Ca.VIII ſequēter deſcribit̄ ſtatus ipſius noe in diluuio recedēte: et primo deſcribit̄ aquaꝝ receſſus. ſecūdo hoīm de arca egreſſus/ ibi: Locutus eſt aūt dñs ad noe dicens: Egredere. Circa primū ſic ꝓcedit̄: q: primo ſupficies montiū denudat̄. ſecūdo terre planicies deſiccat̄/ ibi: Cūq̄ trāſiſſent q̄draginta dies. Circa ꝑmū ſic dicit: a Recordat⁹ ē aūt dñs noe. Nec eſt ſic intelligēdū ꝙ aliqua obliuio cadat in deo: ſed ſcriptura loquit̄ ſ̄m modū noſtrū loquēdi. dicit̄ enī aliq̄s alicuius obliuiſci quādo eum non liberat a preſſuris ꝑſentib⁹ cum poſſit: ⁊ dicit̄ ipſius recordari quādo incipit eum liberare. b Et adduxit ſpiritū ſup terrā.i. vētū ſiccū aq̄s diminuentē/ vnde ſequit̄: c Et imminute ſunt aque. verūtamen quia iſta diminutio nō ſufficeret niſi oceanus ad ſuum locū rediret/ Ideo ſequit̄: d Reuerſeq̄ ſunt aque de terra. ſicut enī ꝑ ꝑceptum dñi egreſſe fuerant de oceano ſup terrā/ ita de terra regreſſi ſunt illuc. e Euntes et redeūtes. Per hoc deſignatur fluctuatio aquaruȝ ⁊ quo tempore aque inceperunt minui oſtendit. f Et ceperunt minui poſt centū quinquaginta dies. in quibus obtinuerunt terras/ vt ſupradictum eſt: ⁊ cōputat̄ iſte numerus a ꝑncipio inundatiōis vſq̄ ad diem in quo ceperūt aque decreſcere ſ̄m cōmunē opinionē. g Requieuitq̄ arca mēſe ſeptimo.ſ. anni illi⁹. h Viceſimaſeptima die ⁊c. Hebreus habet: Ararath. Et dicūt ꝙ nō ſignificat armeniā: ſed aliā terrā cui⁹ mōtes ꝓtendunt̄ vſq̄ ꝓpe armeniā: ⁊ ideo illi mōtes etiā vocant̄ mōtes armenie. Aduertēdum eſt hic ꝙ in hebreo habet̄.xvij. dies mēſis/ ⁊ ſ̄m hoc nō pōt accipi menſis ſeptimus ille qui ē ſeptimus in anno: q: a.xvij. die mēſis ſecundi quo incepit diluuiū vſq̄ ad.xvij. menſis ſeptimi eiuſdem anni nō fluxerūt.cl. dies/ ſed deficiūt tres vel duo ad minus: ⁊ tñ oportet dicere ꝙ aque ceperūt decreſcere anteq̄ arca requieſceret: q: aquis exiſtētib⁹ in fortitudine ſua arca ſup aquas deferebat̄ fluitādo: ⁊ ꝑ diminutionē aquarum accepit fundū et quieuit. ⁊ ſ̄m hoc ſeptim⁹ menſis hic eſſet accipiendus a ſecūdo

Margin: Diuiſio · Recordari alicui⁹ · Ararat

dus a ſecūdo menſe in quo incepit diluuiū: et iſte eſt octauus menſis anni. C Ad quorum intellectum ſciēdum ꝙ iudei faciunt mēſes ꝑ lunationes. due autē lunationes faciūt.lix. dies: ⁊ ideo primū menſem faciūt iudei triginta dierū. ſecūdum aūt.xxix. dierū. ⁊ ſic cōſequēter de alijs decē eodē modo cōbinando: ⁊ quia moyſes ſcribebat iudeis: menſes ſunt hic accipiendi iſto modo. Si autem a.xvij. die menſis ſecūdi computet̄ dies.cl. qui fluxerint anteq̄ aque inceperūt decreſcere/ nō inuenient̄ cōpleti.xvij. dies mēſis ſeptimi: accipiendo ſeptimū mēſem illi⁹ anni: ſed deficiūt tres vel quattuor dies vt ptȝ cōſiderando q̄titatē menſiū dictā. i At vero aque ⁊c. nō eſt intelligendū ꝙ ibi finierit decrementuȝ aquarū ſimpliciter: ſed tm̄ aquarū q̄ excedebant capita montiū/ ideo ſubdit̄: k Decimo enī menſe.ſ. anni. nō enī pōt hic accipi decimus a ſecundo menſe: quia eſſet vndecimus mēſis anni: q: in littera dicit̄ ꝙ ab illa die qua apparuerūt cacumina montiū.ſ. a prima die decimi menſis expectauit noe xl. diebus ⁊ poſtea ter ſeptē diebus: q̄ ſimul iuncti faciunt.lxj. Menſis autē xi. ⁊.xij. illius anni nō faciunt niſi.lix. dies: et ſic non eſſet verum quod dicitur in littera ꝙ poſt illos.lxj. dies prima die primi menſis anni ſequentis noe aperuit tectum arce ⁊c. l Prima die menſis apparuerūt cacumina mōtiū. Et tunc primo arca fuit tota extra aquā. Ex hoc dicto ⁊ alijs predictis poteſt colligi quot cubit⁹ arca intrabat aquā quādo aque fuerunt in fortitudine ſua. patet enī ꝙ non intrabat.xv. cubitis: quia aque in fortitudine excedebant montes.xv. cubit⁹ q̄m et tūc arca ferebat̄.i. fluctuabat ſup aq̄s. Si aūt tūc intraſſet aquā.xv. cubitis nō fluctuaſſet: q: fundus arce capita mōtium tetigiſſet: ⁊ ex hoc patet cōſequēter ꝙ tm̄ ꝑciſe arca intrabat aquā q̄tuȝ aqua excedebat montes/ quādo arca primo requieuit ſuper montes. Ad hoc videndum accipiendum eſt tēpus a primo die quo ceperūt aque decreſcere vſq̄ ad diē quo apparuerunt primo capita montium: quia tunc diminute ſūt aque.xv. cubitis quibus excedebant montes. Dicitur autē in littera ꝙ aque ceperūt minui poſt.cl. dies: q̄ accipiendi ſunt a prima die inundationis aquarū: ⁊ cōplete fuerūt ſeptimo mēſe.xix. die incluſiue: ⁊ ſic ī viceſima die ſeptimi mēſis ceperūt aque decreſcere. Dicit̄ in lr̄a ꝙ decimo mēſe prima die mēſis apparuerūt etiā capita montiū. Ex quo ptȝ ꝙ tūc primo cōpletū eſt decremētū.xv. cubitoꝝ q̄bus aque montiū cacumina excedebāt: a viceſima aūt die incluſiue mēſis ſeptimi vſq̄ ad primā diē decimi menſis fluxerūt ſeptuaginta dies: qui ſi diuidātur ꝑ.xv. q̄ eſt numerus cubitoꝝ ꝑdictorū aſſignant̄ decremēto cuiuſlibet cubiti quattuor dies ⁊ dimidia et ſexta pars vnius diei. Item dicit̄ in littera ꝙ menſe ſeptimo.xxvij. die menſis requieuit arca ſuper montes. Ex quo patet ꝙ a principio decrementi aquarum vſq̄ ad requiem arce fluxerunt tantum octo dies: in q̄

Margin: Menſis iudeorū · D

¶ Moraliter. Hic deſcribitur egreſſus de arca q̄ vt dictū eſt ſignificat edificium virtutum: ideo per hunc egreſſum deſignatur mors iuſtoruȝ in cōſpectu domini precioſa Pſ̄.cxv.a tunc enim tranſeunt iuſti perfecti ad palatium celi/ ideo dicit̄: a Recordatus eſt autem deus noe cūctorūq̄ animantium. ſcilicet ipſum ad ſe vocando/ et tunc egredietur virtuoſus de arca virtutum. Nam in patria non remanent cardinales: nec etiam de theologicis fides et ſpes ſaltem q̄tū ad actus quos habent in preſenti. Et primo ponitur diluuij ceſſatio/ cum dicitur: c Et imminute ſūt aque: ⁊ clauſi ſunt fontes ⁊c. arefacta eſt terra. quia per aquas inundantes ſignificantur vite preſentis tentationes que poſt mortem ceſſant ab anima. Huius autem ceſſationis verus nūcius eſt columba: id eſt ſpiritusſancti gratia cōſummata. Gloria enim eſt gratia conſummata: et quoniam ſancti ad gloriaȝ tranſlati: tāto nobis magis proficiunt orationibus ſuis q̄to propinquiores ſunt domino maieſtatis/ ideo ſubditur:

Margin: Moralit̄

 Creſcite ⁊ mul

E F a ¶ Egrediebat. Iſi. Qui poſt. xl. dies coru⁹ nõ rediꝫt aut aq̃s īterceptꝰ/ aut cadauere natãte illectꝰ/ figurat īmũdicia cupiditatꝰ teterrimos: ⁊ iõ his q̃ foris ſunt in mũdo nimis intẽtos/ aut rebaptiçari/ aut ab his q̃s p̃ter arcã. i. eccl'iaꝫ baptiſmus occidit/ ſeduci ⁊ teneri. ¶ Augꝰ. Queriť vtꝝ coruꝰ mortuus ſit/ an aliq̃ mõ viuere potuerit: Si eñ fuit terra vbi requieſceret/ ſimiliter columba requiem inueniſſet. Vñ conijciť ꝙ cadaueri potuit coruus inſidere: quod naturaliter refugit columba. b ¶ Emiſit quoq̃. Iſi. Emiſſa columba: nec inuẽta requie/ reuerſa: ſignificat ꝑ nouũ teſtm̃ requiẽ ſanctis in hoc mũdo non eſſe promiſſam. poſt. xl. eñ dies emiſſa eſt: quo nũero vita q̃ in mũdo agiť deſignať. Strabus. Arca ꝯtinet coruũ ⁊ columbã: ⁊ eccl'ia bonos ⁊ malos. Coruus emiſſus non reuertiť: q: reprobi illecebris ſeculi inherẽtes pereũt. Columba rediꝫt/ portãs ramũ oliue virentibus folijs in ore ſuo: quia ſancti ſimplicitate gaudẽtes/ munus pacꝰ in ore portant dicẽtes: Ps. cxix. a. Cũ his q̃ oderũt pacẽ erã pa. cũ lo. ⁊c. c ¶ Reuerſa eſt. Queſtio eſt quõ colũba nõ īuenerit vbi reſideret: cũ iã nudata eſſent cacumina montiũ: ſm narrationis ordinẽ qḋ recapitulatiõe põt ſolui: vt poſterius narrata intelligant q̃ facta ſunt prius aut potius nõdũ ſiccata fuerũt. d ¶ Expectatis ⁊c. Poſt ſeptem dies alios dimiſſa columba propter ſeptenariam operationem ſpũalem: oliue fructuoſum ſurculum retulit: ſignans multos extra eccleſiam baptiçatos/ ſi pinguedo charitatis non defuerit: poſteriore tempore in ore columbe tanq̃ in oſculo pacis ad vnitatis ſocietatem reduci. e ¶ Portans ramum. Alchui. Colũba ramũ oliue/ expulſo teterrimo alite: ad noe poſt diluuiũ portat: quia columba ſpũſſancti ad chriſtũ poſt baptiſmum veniens: ramo refectionis ⁊ luminis pacem enunciat.

Coruus emiſſus — Allego. — Quõ de columba redeunte — † De ſacra. vnc. c. vnico añ fi.

F f ¶ Expectauitq̃ nihilo. ⁊c. Iſi. Poſt alios. vij. dieſ dimiſſa columba: nec reuerſa/ ſignificat finem ſeculi/ qñ reqes ſancto erit. nõ in ſacro ſpei/ quo nũc eccleſia ꝯſociať: q̃diu bibiť qḋ de latere chriſti manauit: ſed in ꝑfectione ſalutis: cum tradeť regnum deo ⁊ patri: vt in illa ꝑſpicua ꝯtemplatione veritatis/ nullis egeamus myſterijs. g ¶ Sexcẽteſimo pri. Iſid. Vite noe. i. ꝑactis ſexcẽtis annis/ aperiť arce tectum: quia finita ſexta etate ſeculi/ reuelať ſacramentũ. Viceſimaſeptima die ſecũdi mẽſis diciť ſiccata terra: tanq̃ finita ſit baptiçãdi neceſſitas. h ¶ Mẽſe ſcḋo. Strabus. i. maio. Noe ãnũ fecit in arca/ ⁊ ipa die q̃ ingreſſus fuerat egreſſus eſt. Ingreſſus eſt eñ ſeptimadecima die mẽſis ſecũdi. Nunc dicit: quia egreſſus ẽ ſeptima ⁊ viceſima die eiuſdẽ mẽſis. Sꝫ ſciẽdũ ẽ: quia ſi p̃nti diei addanť. xi. qualis luna hodie ẽ talis erit poſt annũ ipa die. Qñ ergo noe ingreſſus eſt ſeptimadecima luna: vel ſeptimadecima dies mẽſis ſecũdi fuit. Ideo poſt ãnũ xi. additis: fuit viceſimaſeptĩa dies: ⁊ viceſimaſeptima luna.

Hiſtorice

Myſtice ¶ Myſtice. Mẽſe ſecũdo ⁊c. ſicut ſupradictũ ẽ decimaſeptima die ſexcẽteſimi anni aquis diluuij terra madefacta eſt ſed viceſimaſeptima ſecũdi menſis areſacta eſt: qñ p̃ceptũ eſt vt de arca egrederenť: ⁊ pactum acciperent ne vltra aquis diluuij perirent. In quo intelligi poteſt: quia ꝑ. x. ⁊. vij. ſicut ſupra ſtatus inchoantium ſignificari põt: qñ vitijs abrenunciať ꝑ. xxvij. promotio perfectoꝝ in ꝯſummatione virtutum. Si enim decem ⁊ ſeptem decem addas/ fiunt vigintiſeptem. Si enim decem p̃ceptis quibus peccato renunciať euangelicam perfectionem adijcias/ qua precipitur ne ſolum non iraſci/ ſed etiam inimicos diligere ⁊ ſimilia: ad illam etatem perfectionis perueniſti/ in qua nec ſacramentis predictis egeas: ⁊ de arca exiens: id eſt de ſpe ad ſpem perueniens: requiem in ſacramentis promiſſam inuenies.

F Egredere de arca ⁊c.

Cũq̃ trãſiſſent q̃draginta dies/ a aperiẽs noe feneſtrã arcę quã fe b
¶ in hebreo: Egreſſus ẽ: exiẽs ⁊ reuertẽs donec ſiccarentur aque.
a cerat/ dimiſit coruũ: qui egredie c d bať ⁊ nõ reuertebať donec ſicca
b renť aquę ſuꝑ terrã. Emiſit quoq̃ e columbam poſt eũ/ vt videret ſi iam ceſſaſſent aquę ſuꝑ facieꝫ terrę. Quę cũ nõ inueniſſet vbi f
c requieſceret pes eius: reuerſa eſt ad eum in arcam. Aquę enim g erãt ſuꝑ vniuerſam terram. Extenditq̃ꝫ manum et apprehen-
d ſam intulit in arcaꝫ. Expectatis h autẽ vltra ſeptem diebus alijs: rurſum dimiſit columbam ex arca† At illa venit ad eũ ad veſpe
e ram: portans ramũ oliuę virentibus folijſ in ore ſuo. Intellexit i ergo noe ꝙ ceſſaſſent aquę ſuꝑ
f terrã: Expectauitq̃ꝫ nihilominꝰ ſeptem alios dies/ ⁊ emiſit colũbam: quę nõ eſt vltra reuerſa ad
g eum. Igitur ſexcenteſimo p̃mo k anno: p̃mo mẽſe/ prima die menſis imminutę ſunt aquę ſuꝑ terram. Et aperiẽs noe tectũ arcę/ aſpexit: viditq̃ꝫ ꝙ exiccata eſſet l
h ſuperficies terrę. Menſe ſecun- m do ſeptima ⁊ viceſima die men-

✱ octo dies: in q̃bus aque decreuerant duobus cubitis fere ſm predicta. Ex quo concluditur ſm predicta ꝙ arca intrabat aquam. xiij. cubitis ⁊ parum plus. Et iſta probatio ꝓcedit ſm textum noſtre tranſlationis: vt patet ex predictis. Si autem ſm litteram hebraicam que habet: ſeptimo menſe. decimoſeptimo die mẽſis requieuit arca ꝓcedatur. oportet accipe menſem ſeptimum non ſolum qui eſt ſeptimus in anno: ſꝫ qui eſt ſeptimuſ a ſecũdo mẽſe anni/ in quo incepit diluuiũ: vt dictũ eſt. s. ⁊ iſte eſt menſis octauus anni: ⁊ tunc a principio decremẽti aquaꝝ vſq̃ ad requiem arce fluxerũt dies. xxvij. in quibus ſm p̃dicta aque decreuerunt ſex cubitis imperfecte tamen: ⁊ ſm hoc arca intrabat aquã nouem cubitis ⁊ parũ plus: in toto autem iſto ꝓceſſu accipiunť menſes ſm acceptionem iudeorũ: et ſic debent accipi: ſed quõ accipianť iam dictũ eſt. ſupponiť etiã ꝙ aque qualibet die decreſcebãt equaliter: qḋ eſt ſatis ꝓbabile. a ¶ Cũq̃ tranſiſſent. xl. dies. Hic ꝯſequẽter deſcribiť quõ terre planicies fuit deſiccata ꝑ vlterius decrementũ aquaꝝ. Cũq̃ trãſiſſent. xl. dies. ab apparitõe capitũ mõtiũ. b ¶ Aperiens noe feneſtram arce. Nõ fuit oſtium ꝑ quod ĩgreſſi ſunt hoĩes ⁊ animalia: ſed feneſtra de qua. s. dictũ eſt. c ¶ Dimiſit coruũ. Et hoc fuit vndecimo mẽſe anni. d ¶ Qui egrediebať ⁊c. Scḋm cõeꝫ expoſitionem non eſt intelligenduꝫ ꝙ reuerſus ſit ad noe aquis deſiccatis: ſed remanſit apud cadauera: vt cõmuniter diciť: ⁊ eſt ſimilis modus loquendi Matth. i. d. de ioſeph ⁊ maria: vbi diciť: Et non cognoſcebat eam donec peperit filium ſuum primogenitum: non ꝙ poſtea cognouerit. In hebreo dicitur: Qui egrediebatur exiens ⁊ reuertens. ⁊ hoc idem dicit Hieroñ. in li. de hebrai. queſtio. qḋ exponunt hebrei dicentes: ꝙ coruus emiſſus de arca non fecit legationẽ ſuam prout noe intẽdebat: ſed magis extra arcam volitabat querẽs reingredi arcam. Cauſam autem huius aſſignãt aliqui hebrei ſcilicet ꝙ coruus habebat noe ſuſpectum de femella ſua. Ex quo patet in eis cecitas magna qui tam abſurda dicunt ⁊ credunt: imo etiam in hoc ſibi contradicũt. Dicũt enim (⁊ ſatis apparet ex textu) ꝙ coitus fuit ſimpliciter interdictus a deo intra arcam. Sed quia tranſlatio quam habemus de emiſſione corui videtur cõtraria hebraice littere: ideo poteſt ſic concordari: Qui egrediebatur ⁊ non reuertebatur: vt per hoc exprimatur intentio noe. ad hoc enim eum mittebat vt per ſuum reditum haberet aliquod ſignũ de ſiccatione aquarum. Sed quia non iuit ſm intentionem Noe/ ſed magis reuerſus eſt ſtatim nullo ſigno apportato: ideo littera hebraica factum corui exprimit/ cum dicit: Qui egrediebatur exiens et reuertens: ſed ſm hoc dictum non remanſit apud cadauera: ſed quia aque adhuc erant ſuper totam terram planam: vt diciť. ſ. regreſſus eſt ad arcam vt haberet paſtum. e ¶ Emiſit quoq̃ columbã. Quia coruus nõ fecerat legationẽ ſuam. f ¶ Que cũ nõ inueniſſet vbi reqeſceret pes eiꝰ. Hoc videť falſum: q: iã añ apparuerãt cacumĩa mõtiũ: ſꝫ dicẽduꝫ ꝙ ex diutina mora aquaꝝ ſuꝑ terrã: terra nõ erat deſiccata adhuc ſed erat q̃ſi lutũ in quo nõ libẽter quieſcit colũba. g ¶ Aque eni erãt ſuꝑ vniuerſam terram. ſ. planam: q: iã ante cacumina mõtiũ diſcooꝑta erãt. h ¶ Expectatꝰ aũt vltra. vij. diebꝰ alijs. Ex q̃ pꝫ ꝙ. xiiij. dies tranſierũt ab emiſſiõe corui. i ¶ Portãs ra. oliue. In ſignũ deſiccatiõis terre. Sequiť: k ¶ Sexcẽteſimo p̃mo an. ⁊c. Quia iã nõ apparebãt ĩ ſuꝑficie ẽre. Iõ ſequiť: l ¶ Viditq̃ ꝙ exiccata eẽt ſuꝑfi. ⁊c. Scꝫ ab inundatiõe aq̃: Verũtñ terra nõ erat adhuc ita ſicca ⁊ ſolida vt eſſet apta ad ĩgreſſum aĩaliũ ⁊ hoĩm. Ideo ſequitur: m ¶ Mẽſe ſcḋo ſeptĩa ⁊ viceſima die mẽſis are. ẽ terra. i. ꝑfecte deſiccata ⁊ aptata ad ingreſſum aĩaliũ ⁊ hominuꝫ.

Coruꝰ q̃re nõ rediꝫt

G H

✱ Locutus eſt

B a ¶ Egredere de arca ⁊c. Iſido. Iuncti exeūt: qui diſiū/
A cti intrauerūt: qꝛ nūc caro cōcupiſcit aduerſus ſpm̄: ⁊ ſpūs ad
Gal.5.e. uerſus carnē. Sʒ in reſurrectone iuſtoꝝ ꝑfecta pace ſpiritui
corp⁹ adherebit nulla mutabilitatis indigentia vel cōcupiſcē
tia reſiſtēte. b ¶ Et tollēs ⁊c. Aug⁹. Ingreſſa ſunt in ar/
cā mūda ⁊ imūda aīalia: ſed poſt egreſ
ſum nō offerunt deo niſi mūda. Or ve
ro ait: Nō ꝑcutiā oēm aīam vi. ſicut fe/
ci: ⁊ addidit q̄ largitate bonitas donat
īdignis: forte noui teſtāmti īdulgētia
figurata eſt: vt ꝑterita vltio ad leg. ꝑti/
neat ſeueritatem/ q̄ ad gratie bonitatē.
c ¶ Senſus eni ⁊c. Grego. ī moꝛa.
lib. xxxviij. Nemo ſibi attribuat ſi cogi
tatiōes vicerit: qꝛ coꝛruptiōis malū qđ
q̄ſq; ab oꝛtu carnaliū deſiderioꝝ ſūpſit
exercet in ꝓuectu etatis: ⁊ niſi h̄ citius
diuine foꝛtitudinis repꝛimat man⁹: oē
bonū nature culpa voꝛat in ꝓfunduz.
j.Coꝛ.3.b. Neq; qui plātat eſt aliq̄d/ neq; q̄ rigat
ſed qui incremētū dat deus.

ſis/ arefacta ē terra. Locut⁹ ē aūt a
a ¶ cōiuncti exeunt viri ⁊ femine qui diſiū/
cti intrauerunt.
a de⁹ ad noe dicens: Egrēdere đ b
arca tu ⁊ vxoꝛ tua: filij tui ⁊ vxo c
res filioꝝ tuoꝝ tecū: cūcta ani/
mātia que ſunt apud te: ex omni
carne tam in volatilib⁹ q̄ in be/
ſtijs ⁊ vniuerſis reptilib⁹ que re
ptāt ſup terrā / educ tecū ⁊ ingre
a ¶ quia his replendus erat mundus: red
dit pꝛime creature benedictio.
dimini ſup trā.† Creſcite ⁊ mul/ d
tiplicamini ſup eā. Egreſſus eſt e
ergo noe ⁊ filij ei⁹: vxoꝛ illius ⁊
vxoꝛes filioꝝ ei⁹ cū eo: ſʒ et oīa
animantia: iumenta ⁊ reptilia q̄
reptāt ſup terrā ſm genus ſuuz/
egreſſa ſunt de arca. Edificauit f
b aūt noe altare dn̄o: ⁊ tollens de
cūctis pecoꝛib⁹ ⁊ volucrib⁹ mū/
dis/ obtulit holocauſta ſup alta
re. Odoꝛatuſq; eſt dn̄s odoꝛez g
ſuauitatis ⁊ ait ad eū: Nequaq̄ h
vltra maledicā terre ꝓpter ho/ i
c mines: Senſus eni et cogitatio
humani coꝛdis in malū ꝓna ſūt
¶ coꝛpoꝛali iudicio.
ab adoleſcentia ſua. Nō igiē vl/
tra ꝑcutiaʒ oēm aīam ſicut feci.
Cūctis diebus terre ſementis ⁊ k
meſſis: ⁊ frig⁹ et eſt⁹: eſtas ⁊ hy/
¶ ſeruiendo homini
ems: nox ⁊ dies nō requieſcent. l m

## Nico.de lyra

✱ a ¶ Locut⁹ ē aūt dn̄s ad noe.
Diuiſio Poſtq̄ deſcripſit diluuij receſſum: hic
ꝯſequēter deſcribit ipſius noe egreſſū/
vbi ſic ꝓcedit: qꝛ pꝛimo deſcribit obe/
dientia egredictis. ſcđo deuotio offerē
tis/ ibi: Edificauit aūt noe. Circa pri/
Qn̄ noe egreſſus mū dicit ſic: b ¶ Egredere. ⁊c. ſicut
enī ingreſſus fuerat arcā đ mādato do
mini: ita ad egrediendū expectauit ei⁹
mādatū. Egreſſus eſt aūt noe anno re/
uoluto eadē die q̄ ingreſſus fuerat/ qđ
ꝓbat ſic: qꝛ ſexcenteſimo anno vite ſue
mēſe ſecūdo. xvij. die mēſis īgreſſus ē
arcam: et anno reuoluto illa dies fuit
xxvij. mēſis ſecūdi: in q̄ đr exiſſe: qꝛ an/
n⁹ ſolaris excedit ānū lunarē ī. xj. dieb⁹.
Iudei aūt faciūt mēſes ꝑ lunatiōes: et
ſic accipiunt h̄ vt dictū eſt. c ¶ Tu et
vxoꝛ tua. In ingreſſu arce dixit: Tu
et filij tui. ſeparādo viros a mulierib⁹:
ī exitu cōiūgit vxoꝛē cū viro: vt ex mō
loquēdi oñdat ꝙ ſicut in ingreſſu arce
cōcubit⁹ fuit ꝓhibit⁹: ita ī exitu fuit lax
atus ⁊ īpoſit⁹. Vn̄ ſequit: d ¶ Cre/
ſcite et mul. ⁊c. Nec iſtud refert ad
B hoīes tm̄: ſʒ etiā ad aīalia ⁊ aues quo/
rū egreſſum ꝑceperat: ⁊ ſic ptʒ ꝙ etiam
bꝛutis tūc relaxat⁹ eſt coitus q̄ ante fue
rat ꝓhibit⁹. e ¶ Egreſſus eſt ergo
noe obediens
noe: obediēs mandato dei. f ¶ Edificauit aūt noe. Hic C
ꝯn̄r deſcribit ipi⁹ noe deuotio: ꝑ hoc ꝙ obtulit ſacrificiū deo
Oblatiōes accepte deo grās agēs đ ſua liberatiōe. g ¶ Odoꝛatuſq; ē dn̄s. In h̄
oſtēdit acceptatio diuina: ⁊ ꝑ ꝯn̄s noe bonitas ⁊ deuotio de/
claraē: qꝛ tales oblatiōes nō erāt accepte deo niſi ex fide ⁊ de
uotione offerētiū: ⁊ qꝛ ꝓpter gratitudi
nē ī aliquo bñficio hō mereē aliud bñ
ficiū: ideo poſt bñficiū liberationis da
tur beneficiū aſſecurationis/ cū dicit:
h ¶ Nequaq̄ vltra ⁊c. eā generali
ter diſſipando ꝑ diluuium. i ¶ Pro/
pter hoīes. i. ꝓpter pctā hoīm/ ⁊ cā
ſubdit: Sēſus eni ⁊ cogitatio ⁊c. Se
Tempoꝝ diuiſio quit. k ¶ Cūctis die. terre ſe. ⁊c.
ſm hebꝛeos h̄ diuidūt ſex tpa: ⁊ cuili
bet tpi duo mēſes attribuūt. Tēpoꝛi
ſemētis attribuit medietas ſeptēbꝛis
et tot⁹ october ⁊ medietas nouēbꝛis.
Tempoꝛi frigoꝛis aſſignaē medietas
nouēbꝛis et tot⁹ decēber et medietas
ianuarij. Tēpoꝛi vero hyemis medie
tas ianuarij/ ⁊ totus febꝛuari⁹ ⁊ medi †3.1.c.et.d
etas martij: et ſm eos graui⁹ ē tēpus et.j.9.a.
frigoꝛis q̄ hyemis. Tēpoꝛi meſſis at/
tribuit meditas martij: tot⁹ apꝛilis/ et
medietas maij. In terris eni calidis
aliq̄ tēpeſtiua īcipiūt colligi circa finē
martij/ ⁊ maxie ſm mēſes iudeoꝝ: qꝛ
ꝑm⁹ mēſis hebꝛeoꝝ cui coꝛrñdet mar
ti⁹ ſemꝑ cōcurrit cū aliq̄ ꝑte apꝛilis et
aliqñ fere totus includit. Tēpoꝛi eſta
tis attribuit medietas maij/ ⁊ tot⁹ iu/
nius/ et medietas iulij. Tēpoꝛi eſtus
attribuit medietas iulij/ ⁊ tot⁹ auguſt⁹
⁊ ꝑma medietas ſeptēbꝛis: et ē tēpus
eſtus graui⁹ ī caloꝛe q̄ tpᷤ eſtatis: ⁊ iō
ſic noīaē ſicut ⁊ đ frigoꝛe ⁊ hyeme di/
ctū ē ī ꝯria q̄litate. l ¶ Nox ⁊ dies.
iſta circūeūt oīa tpa. m ¶ Nō requi
eſcēt. i. ꝑdicta nō ceſſabūt de cetero ꝓ †12.q.1.
pter diluuium ſed deducentur ſm oꝛ/ c.1.
dinem ſuum.
Moꝛalit' D ✱ d ¶ Creſcite ⁊ multiplicami/
ni ſup terra. ſcʒ viuentiū vt ꝑ oꝛatio
nes veſtras electi trāſferant ad veſtrū
conſoꝛtium/ ideo ſubdit: e ¶ Egreſ
ſus ē ḡ ⁊c. qꝛ ꝑ oꝛōnes ſanctoꝝ ⁊ mi
niſteriū angeloꝝ electi egrediūē de vi
ta ꝑſenti ⁊ trāſferūt ad celeſtia. Luc.
xvj. e. Factū eſt aūt vt moꝛereē mendi
cus et poꝛtaretur ab angelis in ſinuz
abꝛae: quod nobis concedat ⁊c.

## Additio

¶ In ca. viij. vbi dicit in poſtilla: Ex hoc dicto et alijs ꝑdi
ctoꝛum poteſt colligi ⁊c.
¶ Additio. Inquirere quot cubitis arca intraſſet aquā tpe
diluuij/ videē magis curioſum q̄ vtile: cū nō ſolū habere noti
ciā certā đ hoc/ nullā ꝑſtat cognitionē vtilē in credēdis nec in
agendis: ſed nec etiā requirit ad planā littere expoſitionē: q̄/
tūcūq; enī arca aquā intraſſet ſiue plus ſiue minus nō variaē
ex hoc aliquid in expoſitione lr̄e: vt ptʒ intuēti: ⁊ iō Gloſa no
ſtra mētionē de hoc nō facit: nec vt credo aliquis ſanctoꝝ: nec
etiā doctoꝝ hebꝛeoꝝ/ niſi ſolū Ra. Sa. qui in hmōi vanis q̄ſi/
tis ꝑ modū queſtiōis facit longā altercationē: dato etiā ꝙ hec
inquiſitio requireret vel eſſet aliqualiter vtilis: rōnes tn̄ a po
ſtillatoꝛe ad hoc ꝓbādū inducte nullā/ videē habere efficaciā:
nā ꝑſupponit ad h̄ ꝓbandū quedā manifeſte non vera. Dicit
enī pꝛimo ꝙ ſi arca intraſſet aquā. xv. cubitis ꝙ nō fluctuaſſet/
eo ꝙ fundus arce capita mōtiū tetigiſſet: qđ nō eſt veꝝ: nā po/
tuiſſet arca fluctuare ī locis nō mōtuoſis q̄ ſūt maioꝛ ps ⁊ ꝑci/
pua vniuerſe terre: nō enī neceſſe erat ꝙ ſemꝑ arca trāſiſſet ſu
ꝑ capita mōtiū/ vt manifeſtū eſt. Vult etiā deducere ꝙ decre
mētū cuiuſlibet cubiti durauit ꝑ q̄ttuoꝛ dies ⁊ dimidiū ⁊ ſextā
ꝑtē vni⁹ diei: ⁊ h̄ diuidēdo. lxx. dies: qđ fuit tpᷤ decrementi ꝑ
q̄ndecim ꝑtes qui eſt numerus cubitoꝝ quib⁹ aqua excedebat
mōtes: vt largius hoc videē deduci in poſtilla: que quidez de
ductio manifeſte eſt inualida/ qđ ſic ptʒ: nam cū aqua de ſui na
tura ſit fluida: opoꝛtet ꝙ oꝛbiculariter ſe habeat circa centruz.
Ex quo ſequit ꝙ multo maioꝛ q̄titas aque cōtinebaē in ſum/
mo/ cubito pꝛimo exiccato qui eſt remotioꝛ a centro q̄ in cubi/
to immediate ſequenti qui eſt ꝓpinquioꝛ centro: et ꝑ cōſequēs
minoꝛis capacitatis: ⁊ ſic de ſequentib⁹ in tantū ꝙ cubit⁹ vlti
mus q̄ terrā immediate circūdabat/ cōtinebat minoꝛē q̄titatē
aque reſpectu cuiuſcūq; cubiti ſuperioꝛis: vt ſatis ptʒ cuilibet
aduertēti. Preſupponit etiā in dictis ſuis (licet nō expꝛimat)
ꝙ ſup mōtes armenie in q̄bus requieuit arca creuerunt aque
xv. cubitis ⁊ hoc eſt ignotū ſeu incertū. nam ſi mōtes armenie
nō ſunt de altiſſimis montium: tūc aqua creuit ſup eos pluſq̄
xv. cubitis. Exceſſus enī cubitoꝝ. xv. intelligendus eſt reſpe/
ctu ſummoꝝ montiū: vt patet ꝑ litterā dicentē: Operti q̄ ſūt
mōtes excelſi ſub vniuerſo celo. xv. cubitis. Preſupponit eti/
am ꝙ aque qualibet die decreſcebāt equaliter: qđ dicit eſſe ꝓ
babile/ qđ quidē ꝑſuppoſitū nō facit ad ꝓpoſitū ſuū conclude/
dū: nā dato ꝙ tāta quātitas aque decreſceret ī vna die ſicut ī
alia: ex h̄ tn̄ nō ſeq̄ē ꝙ tāta q̄titas cubiti ſeu altitudinis aque
decreſcat in vna die ſicut in alia/ rōne iam dicta: nā vnuz cubi
tū in altitudine poſituz eſt multo maioꝛis capacitatis q̄ aliud
cubitum nō in tanta poſitum altitudine vt dictum eſt. Si au/
tem quis dicat cuʒ ꝑdicta queſtio (vt dixi) ſit potius curioſa q̄
vtilis: cur circa eam tantā fecerim altercationē? Dicendum ꝙ
hoc introduxi ad oſtendendū ineptitudinē ipſius Ra. Sa. in
✱ expoſitione

E expoſitiõe ſacre ſcṗture: lʒ eũ freq̃nter allegat poſtillator.

**Replica** Correctorij contra Burgeñ. In ca. viij. vbi poſtillator attendit varias ſanctorum opiniones de arce q̃titate: quibuſdã ſentiẽtibus q̄ eius q̃titas attẽdẽda eſſet ṗm cubitos geometricos / alijs ṗm cubitos viſuales: ſic q̄ beatus Aug⁹. Orige. cõmendans. xv. de ciui. dei. ca. xxvij. ſtat cum prima menſura / concludens q̄ qui talez magnitudinem nimiã reputãt / cogitet cẽtum annos quibus fabricata ẽ arca. vñ Glo. ordi. allegãs eundẽ btm Aug. dicit q̄ ſi p noe ꝛ tres filios eius in cẽtum annis arca tante magnitudis fabricari nõ potuit: nõ mir alios artifices aſſũptos ꝛc̃. vide in gloſa. xviij. Idcirco videbatur idez poſtillatori rationabiliter diſputandũ de arce ingreſſu in aquam: ſciens q̄ oportet naues magnas plus ingredi q̃ minores: cõcludens q̄ non potuit ſecure ingredi. xv. cubitis ſed minus: quia alŝ periculum fuiſſet naufragij ad cacumĩa montiũ: quia tm̃. xv. cubitis fuerũt cooperta: quam diſputationem Burgeñ. valde egre ferens poſtillatorem pro curioſitate reprehẽdit plus exiſtens curioſus (ne dixerim vanus) quia vana aſſumit ad reprobationem poſtillatoris. Primo nãq̧ dicit poſtillatorez aſſumere quedam manifeſte non vera: in hoc q̄ dixit arcam latam ſup montiũ cacumina nõ fluctuaſſe ſi. xv. cubitis ingreſſa fuiſſet aquas. hoc dicit eſſe falſum ex medio qδ in vico ſtraminum non valuiſſet: videlicet q̄ arca poſſet in locis nõ montuoſis fluitare: nõ erat inquit neceſſe q̄ arca ſemper tranſiret ſup capita ſup capita montiũ. Ecce q̃tum ꝯcludit. cõceſſis eñ illis adhuc ſtat dictũ poſtillatoris. Or ſi aliq̃ impetu aquarum ꝛ ventorum arca fuiſſet lata ſuper cacumina montiũ / vtiq̧ naufragiũ tactu arce ad montes affuiſſet in illo caſu. ſ. ſi. xv. cubitis aquã intraſſet. Or autem aliquãdo ꝛ ſi non ſemper arca ferretur ſuper cacumina: oportet Burgeñ. cõcedere niſi velit fingere miraculum: ꝛ ſic nihil valet ipſius argumẽtum. Or autem ſecundo Burgeñ. dicit contra decrementi equalitatem non valet: imo ſue ꝓprie aſſertioni contradicit. dixit eñ ſupra de opere tertie diei q̄ elementum aque ſit ecentricũ ꝛc̃. nũc autem dicit q̄ de ſui natura fluidũ / oportet q̄ orbicularit̃ ſe habeat circa centrũ. Eadem eñ ratione: quia fluuidum nõ oportet q̄ nunc ſit ecentricum: vbi ſatis fuiſſet dicere q̄ ſicut arida in principio apparens pro hominum generatione cooperta fuit: ita ex alia parte nunc cooperta tempe diluuij fuiſſet denudata: ꝛ redeundo diuina iuſſione ad locum ſuũ diluuium ceſſaſſet: ꝛ ſic probabilia eſſent que dixit poſtillator: ꝛ Burgeñ. improbauit. Sentẽtia iſta trahi poteſt a beato Aug. xvi. de ciui. dei. ca. ix. vbi dicit q̄ nulla diſcretionis ratio aſſignari valeat q̃re terra apud nos debeat diſcooperiri / ꝛ nõ infra nos: ꝛ ſic coniecturari poſſent antipodes. q. d. q̄ quia ſola dei voluntas poteſt aſſignari pro cauſa q̄ aqua relicta ſue nature quia fluida: quare tpe diluuij apte infra nos denudata defluxiſſet ad partes noſtras et refluxiſſet iuxta arbitrum diuine volũtatis: ꝛ ceſſaſſet diluuiũ: vel dicat̃ ſi placet ſicut dictũ eſt ſupra ca. j. correcto. iij. G

## Glo. ordi.

Benedixitq̧ de⁹ ꝛc̃. Ca. IX a Creſcite ꝛ multiplicamini. Homo in terrorẽ ceterĩ aĩalibus ꝓponit̃ in ſolatiũ trãſacte vindicte: ꝛ ne pauci hoĩes a pluribus beſtijs opprimant̃ / ꝛ ſciãt ſe irrõnabilibus ſed nõ rõnabilib⁹ dñari. b Et terror veſter ac. Greg⁹. Hõ nõ rationabilibus ſʒ irrõnabilibus ꝑlatus eſt natura: ideo dicit̃ ei vt ab aĩalibus nõ ab homĩe timeat̃: q꞉ ꝯ naturã ſupbire / eſt ab equali velle timeri. Vñ antiqui patres nõ reges hoĩm / ſʒ paſtores pecoꝝ fuiſſe dicunt̃. Oẽs ergo homines natura equales genuit / ſed pro varijs meritis alijs alios diſpenſatio dei iuſta / ſʒ occulta ꝑponit. vt humana formidine peccare metuant / q̃ diuĩa iudicia nõ formidãt. Nõ aũt ꝑpoſiti ex hoc timore ſuperbiãt: in quo nõ ſuam gloriã / ſed ſubditoꝝ querãt iuſticiam. Nõ eñ hoĩbus ſed beſtijs dñant̃: q꞉ ex q̃ pte beſtiales ſunt / ea formidini ſubſtrati ſunt. Manu g̃ humillime ꝯſiderationis ꝑmẽdus eſt tumor elationis. Si eñ apud ſemetipſam mẽs deſcẽderit de vertice culminis / inueniet planiciez naturalis eq̃tatis: vt nõ ꝑeſſe gaudeat / ſed ꝓdeſſe. c Carnẽ cũ ſanguine. Iſiδ. Dant̃ eis cũcta aĩalia in eſcã: q꞉ in vocatione gentiũ ad fidẽ nulla diſtãtia eſt: quod in diſco petri figurat̃. Sanguinẽ mãducare ꝓhibent̃ / ne vita priſtina quaſi ſuffocata in ꝯſciã teneat̃: ſʒ effundat̃ p ꝯfeſſionẽ. Eſus carniũ ꝯceſſus videt̃ p⁹ diluuiũ / ꝓpt̃ infecũditatẽ t̃re / ꝛ hoĩs fragilitatẽ. Ecce ego

Nõ dñat̃ beſtijs

Antiq̃ nõ reges ſed paſtores

Als ꝛ cũctarum

## [Biblical text]

Benedixitq̧ de⁹ Ca. IX a noe ꝛ filijs eius: ꝛ dixit a ad eos: Creſcite ꝛ mul† tiplicamini et implete terram: b et terror veſter ac tremor ſit ſu b (¶ nõ hoĩbus ſʒ irrõnabilibus ꝑponit̃ hõ.) per cũcta animalia terrę: ꝛ ſuper omnes volucres cęli cũ vniuerſis quę mouent̃ ĩ terra. Omnes c (¶ poteſtati.) piſces maris manui veſtrę traditi ſunt: ꝛ omne qδ mouet̃ ꝛ viuit erit vobis in cibũ. Quaſi olera d virẽtia tradidi vobis oĩa: exce e (¶ q꞉ ſedes aĩe in ſanguine eſt.) c pto q̄ carnem cũ ſanguine non comedetis. Sanguinem eni anif marũ veſtrarũ requiram de ma g (¶ als cunctarũ ¶ fortium hominũ) nu omnium beſtiarũ ꝛ de manu

## Nico. de lyra

Diuiſio a Benedixitq̧ deus noe. Hic ꝯſequẽter Ca. IX deſcribit̃ ſtatus noe poſt diluuiũ. ꝛ primo q̃tum ad dei bñficiũ. ſcδo q̃tũ ad ipſius exercitiũ / ibi: Cepitq̧ ãt noe vir agricola. ¶ Circa ꝑmũ ꝑmo deſcribit̃ dei bñficiuz q̃tũ ad collationem boni. ſecundo q̃tum ad amotionem mali / ibi: Hoc quoq̧ dixit deus ad noe. ¶ Circa primũ deſcribit̃ primo bñficium ipſius dei erga noe ꝛ filios eius in ſpũalibus / cum dicit̃: Bñdixitq̧ deus noe ꝛ filijs eius: gratiam ſuam in eis augmẽtando. Secũdo tangunt̃ dei bñficia in temporalibus: ꝛ primo q̃tum ad ꝯſeruationem ſpeciei que eſt p generationem / cum dicit̃: Creſcite ꝛ multiplicamini ꝛc̃. Secũdo q̃tum ad ꝑſidẽtiam dominij ſuper bruta / cum ſubdit̃: b ¶ Et terror veſter ꝛc̃. Nõ tamẽ ſic eſt intelligendum q̄ ipſi ꝛ filijs eius ſit datum tm̃ dominium ſuper animalia: ſicut hẽbat adã in ſtatu innocẽtie: ſʒ q꞉ ſunt domeſticabilia p hoiez ꝛ naturalit̃ timẽt faciẽ hoĩs. Tertio tãgit̃ bñficiũ dei q̃tũ ad ꝯſeruationẽ indiuidui p nutritiõez / cum dicitur: c ¶ Oẽs piſces ma. ꝛc̃. Tũc eñ ꝯceſſit eis de⁹ q̄ poſſent veſci piſcib⁹ ꝛ carnibus duplici ratiõe. Vna quia terra per diluuiũ fuit peiorata: vt dictum eſt ſupra: ꝛ ideo terrenaſcentia non ſunt ita nutritiua ſicut ante. Secũda: quia natura humana facta eſt fragilior: ꝛ ideo ꝯceſſus eſt eis victus lautior. vnde ſeq̃tur: d ¶ Quaſi olera virẽtia ꝛc̃. Id eſt ſicut homini ꝑmo ꝯceſſi veſci oĩbus terrenaſcẽtibus: ita vobis ꝯcedo veſci piſcibus ꝛ carnibus. e ¶ Excepto q̄ carnẽ cũ ſanguiẽ nõ comedetis. Ab illa generalitate iſtud excipit: ꝛ exponit̃ a iudeis vno modo ſic: Carnẽ cũ ſanguine. i. membrũ abſciſuz de aĩali viuo: q꞉ iſtud videt̃ crudele et inhumanuz. Alio mõ vt p h̃ intelligat̃ ꝓhibitũ / ſtrangulatũ / ſubmerſuz ꝛ p ſe mortuũ: ꝛ hmõi qδ morit̃ abſq̧ ſanguinis effuſiõe. Tertio mõ ĩtelligit̃ vt p h̃ ĩtelligat̃ ꝓhibit⁹ eſus ſanguĩs ſepatiz a carne: ac ſi diceret: Carnẽ cũ ſãg. ꝛc̃. i. lʒ eſus carniũ ſit vob̃ ꝯceſſus: ñ tñ eſus ſãguĩs. Quarto mõ ſic exponit̃ Leui. xvij. c. q̄ ſi aliq̃d acciperet̃ venatiõe vl̃ aucupio: ꝑus deberet effũdi ſãguis q̃ comederet̃. Et rõ hui⁹ exceptiõis ſb̃dit̃: f ¶ Sãguinẽ eni aĩaꝝ vr̃aꝝ. i. corpoꝝ aĩatoꝝ. g ¶ Req̃rã de ma. ꝛc̃. Qδ exponit̃ dupl̃r. vno mõ q꞉ de⁹ req̃rit vltiõez δ homicidio: nõ ſolũ ſi fiat manu hoĩs ĩmediate: ſʒ etiã ſi fiat mediãtib⁹ beſtijs / ſic̃ tyrãni tradebãt martyres beſtijs deuorãdos. Alio mõ vt hõ nõ ſolũ puniat̃ ꝓpt̃ homicidiũ / ſʒ etiã beſtia ſi ĩterficiat hoĩez / ꝓpt̃ facti horrorẽ / q̃uis aĩal brutũ peccare nõ poſſit. Vñ ꝛ Leuit̃. xx. c. dicit̃: Qui cũ iumẽto ꝛ pecore coierit morte moriat̃: pecus quoq̧ occidite. De manu viri

Conceſſũ veſci carnib⁹ et piſcib⁹

h

Moraliter. a ¶ Bñdixitq̧ deus noe ꝛ filijs Ca. IX ei⁹. Per noe aũt ꝛ filios ei⁹ intelligit̃ bonus ꝑlat⁹ ꝛ ſubditi eũ imitãtes q̃s ſaluat a diluuio vitioꝝ. idõ bñ δr: † ¶ Bñdixitq̧ deus noe ꝛ filijs eius. Et q꞉ nõ ſolũ ſaluat eos a vitijs: ſed etiam multiplicat ĩ ſpũalib⁹ bonis. Ideo ſubdit̃: † ¶ Creſcite et multiplicamini ꝛc̃. Sequit̃: d ¶ Quaſi olera virentia tradidi vobis omnia. Per h̃ aũt q̄ debilitata in diluuio humana natura concedit̃ eſus carnium ꝛ piſciũ: oſtendit̃ q̄ ſubueniendum eſt neceſſitati debiliuz: excipit̃ ſanguis p quẽ ſignificat̃ peccatum qδ nõ eſt alicui ꝯcedendum: Pſ. l. c. Libera me de ſanguinibus deus deus ſalutis mee ꝛc̃. Contra vero timorem diluuij ſignum datur / cum dicitur: Ecce ſtatuã

Moralit̃

A a ¶ Ecce ego ſtatuam pactum meū vobiſcum. Teſtamentum po.uit deus inter ſe ⁊ homines ⁊ omnem animā viuā/ ne perdat eam diluuio: arcū ſcʒ qui apparet in nubibus qui nunꝙ niſi de ſole reſplendet. Illi enī nō pereunt diluuio parati ſe ab eccleſia/ qui in prophetis ⁊ in oībus ſanctis ſcripturis tāꝙ in dei nubibus agnoſcunt gloriam chriſti: nō ſuā querunt: ſed ne adoratores huiꝰ ſolis intumeſcāt ſciāt ita chriſtum ſignificari per ſolē/ ſicut ꝑ leonē/ per agnuʒ/ ꝑ lapidem/ ſimilitudinis cauſa non proprietatis ſubſtantia. b ¶ Arcum meum ponam in nubibus. Alchu. Arcum dedit deus in ſignum ſecuritatis. ne homines formidoloſi timerēt altero diluuio deleri pluuiarū inundationes ſepe cernētes: Hic in celo poſitꝰ eſt: vt ab oībꝰ videri poſſit: ⁊ ꝓ quacunꝙ tribulatiōe ad eū attollamus oculos cordis/ qui habitat in celis: qꝛ vero arcus nō eſt niſi ex radijs ſolis ⁊ humida nube: videt̄ ꝙ ante diluuium nō fuiſſent pluuie: poterat aūt ex rore et fontiū inundatione terra fecūdari. ¶ Strabus. Arcus duos habet colores /ceruleum/ et igneū. qui duo iudicia exprimūt. Unum aque qḋ ꝓterijt: Aliud ignis quod vēturū creditur in fine ſeculi. Unde ceruleus color extrinſecus. Igneus vero intrinſecus.

Erant igit̄

Biblical text:

homīs. De manu viri ⁊† de ma a
¶ omnē hominē fratrem omnis hominis vult intelligi: quia ex vno omnes.
nu fratris eius requiram animā
homīs. † Quicūꝙ effuderit hu b
manū ſanguinem/ fundetur ſan c
guis illiꝰ. Ad imaginē quippe d
dei factus eſt homo. Uos autē
creſcite ⁊ multiplicamini/ ⁊ igre
dimini ſuꝑ terrā: et implete eaʒ.
Hec quoꝙ dixit deꝰ ad noe et
a ad filios eiꝰ cū eo: † Ecce ego ſta †
tuam pactuʒ meum vobiſcū: et e
cū ſemine veſtro poſt vos: ⁊ ad
omnem animā viuentem que ē
vobiſcuʒ: tam in volucribus ꝙꝫ
in iumentis et pecudibus terre:
cunctiſꝙ que egreſſa ſunt de ar
ca ⁊ vniuerſis beſtijs terre. Sta
tuā pactū meū vobiſcū: ⁊ neꝗꝙ
vltra iterficiet̄ omnis caro aq̄s
diluuij: neꝙ erit deinceps dilu
uium diſſipās terram. Dixitꝙ
deus: Hoc ſignum federis qḋ
do inter me ⁊ vos ⁊ ad oēm ani
mam viuentem que eſt vobiſcū
b in generatiōes ſempitˀnas. Ar
cum meuʒ ponam in nubibus:
⁊ erit ſignū federis inter me ⁊ in
ter terrā. Cūqʒ obduxero nubi
bus celū: apparebit arcus meꝰ ī
nubibus: ⁊ recordabor federis
mei vobiſcū: ⁊ cum omni aīa vi
uente que carnē vegetat: ⁊ non
erunt vltra aque diluuij ad de
lendā vniuerſam carnē: Eritqʒ
a ¶ ceruleo colore deſignās preteritum diluuiū igneo futurum iudicium.
arcūs meus in nubibus ⁊† vide
¶ initi vel habiti.
bo illū: ⁊ recordabor federꝭ ſem f
piterni: quod pactū eſt inter de
um et oēm animā viuētē vniuer
ſe carnis que ē ſuper terrā. Di
xitqʒ deus noe: Hoc erit ſignū g
federis quod conſtitui inter me
et omnem carnem ſuper terraʒ.

## ¶ Nico. de lyra

a ¶ De manu viri ⁊ de ma. fratris eiꝰ ⁊c. Hoc ſimiliter dupliciť exponitur. Uno mō ſic: De manu viri. i. fortis ⁊ audacis. ⁊ de manu fratris. i. ꝗtūcūꝙ ꝓpinqui: vt ꝑ hoc oñdat̄ ꝙ homicida nō euadet diuinaʒ vltionē: nec ꝓpter fortitudinē ſuā/ nec ꝓpter ꝓpinq̄tatē. Alio modo vt ꝑ hoc intelligat̄ pena homicidij voluītarij/ cum dicit̄: De manu viri/ ⁊ cauſalis ſeu fortuiti/ cū dicit̄: Et de manu fratris eiꝰ. i. de manu illius q̄ diligebat occiſū tāꝙ fratrem ꝓ

B prium: quia etiam talis homicida lege punitur. deberet enī fugere ad vnā ciuitatē refugij: ⁊ ſic manere quaſi exul a ciuitate ſua vſꝙ ad mortē ſūmi ſacerdotis: vt habet̄. j. Nu. xxxv. d. b ¶ Quicūqʒ effuderit humanū ſāguinē ſciēter ⁊ a ꝓpoſito. c ¶ Fundet ſanguis illiꝰ. Et ratio ſumit̄ ꝓpter dignitatē nature hūane/ cū ſubdit̄: d ¶ Ad imaginem quippe dei factus eſt homo. ⁊ patet. e ¶ Hec quoꝙ dixit deus ad noe. Hic conſequēter deſcribit̄ dei beneficiū erga noe ⁊ poſteros eius ꝗtū ad amotionem mali: licet enī iam aſſecuraſſet eos de diluuio amplius nō futuro ꝑ verbū: hic ampliꝰ aſſecurat ꝑ ſenſibile ſignuʒ: videlicet ꝑ apparitioneʒ iridis tꝑibus pluuioſis: ⁊ patet lr̄a vſꝙ ibi: f ¶ Et recordabor federꝭ ⁊c. nō qꝛ obliuio cadat in deo: vt. ſ. dictum eſt: ſed dicitur recordari alicuius quādo ſubuenit ei: quia ſic ſubueniendo ſe habet ad modum recordantis ipſiꝰ. g ¶ Hoc erit ſignū federis. tunc enim dominus fecit apparere iridem: ⁊ oſtendit ipſi noe vt ḋ cetero cognoſceret iſtud ſignum cuʒ ſua poſteritate. ¶ Circa hoc autem queritur quomodo iris ſit ſignum federis/ cum procedat ex cauſa naturali: et dicūt aliq̄ ꝙ vſꝙ ad diluuium nō fuerat pluuia nec iris apparuerat: ſʒ hoc non videt̄ rationabiliter dictum/ cuʒ pluuia fiat ex diſpoſitione aeris et motu ſtellarum: ⁊ iſte cauſe multo tempore preceſſerant: propter quod non eſt veriſimile quin et effectus conſecutus fuiſſet multis vicibus: ⁊ ideo alij dicunt ꝙ licet preceſſiſ

ſent nubes

lum. ⁊ cauſa ſubdit: e ¶ Erant autē
ambo ſenes. Et ſic erat vnum impedi
mentum generationis cōmune ambo/
bus/ ⁊ vnū ſpeciale in ſara: quod notat
cum ſubdit: f ¶ Et deſierāt ſare fie/
ri muliebria: Id eſt mēſtrua: poſt quo
rū ceſſationē nō eſt apta mulier ad con/
ceptionē. Sequit: g ¶ Poſtq; cōſe/
nui ⁊c. q. d. nō decet: ⁊ ex hoc videt q̄
ſara continuit ab actu coniugali: ex quo
tranſijt tempus ſuū ꝯcipiendi ſm̄ natu/
rā/ quſq; fuit certificata de ꝯceptu futu/
ro diuina v̄tute. h ¶ Dixit aūt dn̄s
ad abraā. i. ille angelus q̄ int tres ap/
parebat vt ſupior: ⁊ q̄ venerat ad nūciā/
dū ſare ꝯceptū. i ¶ Nunq̄d deo eſt
quicq; difficile. Ac ſi dicat: l; impoſſi
bile ſit nature dare tibi cōceptū: non tm̄
deo eſt difficile: cetera patent vſq; ibi:
k ¶ Cū ḡ ſurrexiſſent īde viri. i. an/
geli in ſi̇litudine viroꝝ. l ¶ Direxerūt
oculos ⁊c. Incipiētes ire v̄ſus p̄tē il/
lā. m ¶ Et abraā ſil gradiebat. ſic
ſolet fieri ex curialitate hūana: q̄ hoſpi/
tes p aliqđ ſpaciū ꝯducant. Abraā eni
adhuc credebat eos eē hoīes itinerātes.
n ¶ Dixitq; dn̄s. Hic oſtēdit pietas
abrae orādo p pp̄lo: ⁊ p̄mo eius orō de
ſcribit: ⁊ ſcđo exauditio oñdit. c. xix. Cir
ca p̄mū ſic pcedit: qꝛ p̄mo ponit reuela/
tio abrae facta đ ſodomoꝝ ſubuerſione.
ſcđo ponit orō eiᵘ p pp̄li liberatiōe/ ibi:
Abraā v̄o. Primu; exponit dupl̄r: ſm̄ H
em̄ expoſitiōe; hebraicā in p̄ncipio huiᵘ
capl'i poſitā: dn̄s q̄ loq̄bat non eſt aliq̄s
de tribus angel' p̄dict': ſ; ip̄e dn̄s q̄ ſm̄
illā expoſitiōe; dr̄ apparuiſſe abrae ī p̄n
cipio capl'i. Scđm aūt aliā expoſitione;
iſte q̄ vocat hic dn̄s: ē ille angelus q̄ de/
nūciauit ꝯceptū ſare/ vt p̄dictū eſt: ⁊ ſm̄
h̄ dicēdū q̄ l; abraā vſq; tūc crediderit il
los angelos eſſe hoīes: tm̄ tūc reuelaue/
rūt ei q̄ eēnt angeli: ⁊ extūc ille p̄ncipal
angelus loq̄bat in pſona dei. Lra autē
ſequēs in alijs vniformiter exponit ſm̄
iſtā ⁊ aliā expoſitiōe;. o ¶ Nū celare
potero ab. ⁊c. ac ſi diceret: Cū abraa;
ſit mihi familiar' amicus: nō ē decēs q̄
ego celē ei vindictā quā facturus ſu; in
ciuitatibᵘ ſodomoꝝ: ⁊ marie cū illā terrā
pmiſerim abrae: ⁊ cauſa amicitie dei cū
abraā ſb̄dit: p ¶ Scio eni ⁊c. Et ſeq̄
tur: q ¶ Clamor ſodomoꝝ et go/
morre. Pctā em̄ eoꝝ erant patentia ⁊
māifeſta: ſm̄ q̄ dr̄ Eſa. iij. b. Pctm̄ ſuū
quaſi ſodoma p̄dicauerūt nec abſconde/
runt: ⁊ pp̄ter hoc dicuntur hic clamare.
Et eſt hic ꝯſiderandū q̄ tria genera pec
catoꝝ legunt clamare ad deū. Primu;
eſt occiſio innocentis: ſm̄ q̄ dicit domi/
nus ad cain Gen̄. iiij. b. Uox ſanguinis
fratris tui abel clamat ad me de terra.
⁂ Scđm ē pctm̄
✳ uertens veniam ad te. Sequit: Moralit
c ¶ Et habebit filiū ſara. Per h̄ oñ
dit q̄ p̄dicatores nō debēt ſuis hoſpiti/
bus dicere friuola ſ; edificatoria: ex qui
bus ſara p quā ratio ſignificat: vt dictū
eſt. ſ. ꝯcipiat ⁊ pariat opus bonū. Cir/
ca ſcđm. ſ. ſodomorū interitum dicitur:
✳ Deſcendā ⁊

ƺ cere: vel ſciã.i. experiar vtrum non poſſim. Sed perturbatio
A nõ cadit in deũ. Nos aũt humane locutionis eſt / cui deus ſe coaptat: vt humane infirmitati cõueniat. ¶ Greg. Moral. Peccatũ vero cũ voce / culpa eſt in actione. Pctm̃ vero cũ clamore / culpa cũ libertate. a ¶ Deſcẽdã ⁊ videbo ⁊c. Mala hoĩm nõ ante credamus ꝙ̃ ꝓbemꝰ. Et ecce ꝑ angelos ad cognoſcẽda mala deſcẽdit: ⁊ tãto crimĩe ĩuolutos inueniẽs quaſi patientiã ꝑtermiſit ⁊ eos igne iudicij ante iudicij diẽ ꝑuenit: qui cũ trãq̃llitate iudicat / vt maiora crimina tarde credant̃: ⁊ veraciter agnita citiꝰ puniant̃. b ¶ Si fuerint q̃nquaginta iuſti ⁊c.

Myſtice Iſid. Quinquagenariꝰ numerus a quo vſq; ad decẽ deſcẽdit pñiam ſignificat. Vñ ⁊ quinquageſimus pſ. penitentialis eſt. Si ergo cõuarterent̃ ſaluerẽt̃. Sed cũ deus aſpicit delinquentes nolle ad pñiam ꝯuerti: ilico ardorẽ ĩmoderate luxurie igne gehenne cõpeſcit: vſq; ad decez iuſtos non perire ſodomã dixit: q2 ſi iu quolibet ꝑ decẽ preceptoꝝ cuſtodiam chriſti nomẽ inueniat̃ / nõ ꝑibit. Denarij eñi numeri figura ⁊ crucẽ chriſti ſignificat.

Moralit̃ c ¶ Loq̃r ad d.m. ⁊c. Greg. Moral. Scti quãto magis diuinitatis interna ꝯſpiciũt: tãto magis ſe nihil eſſe ꝑſpiciunt. Vñ ⁊ legit̃ abraã ſe cinerẽ ⁊ puluerẽ ꝓfeſſum eſſe: niſi cũ meruit dei locutiõez habere / ⁊ ait: Loquar ad dñm meũ / cũ ſim puluis ⁊c. ¶ Fortaſſe eñi aliquid ſe eſſe crederet ſi verã eſſentiã q̃ ſup ipm eſt nõ ſenſiſſet. vnde ⁊

Pſ.102.c Dauid exclamat: Memento dñe qm̃

Moralit̃ puluis ſumꝰ ⁊c. ¶ Grego. Moral. Quoſdã ꝑ tumorẽ cenſus nõ eleuat: ſʒ

Diuitie ꝑ miſcdie opa. Quidã duz ſe terrenis abũdare ꝯſpiciũt veras diuitias nõ req̃runt / ⁊ eternũ regnũ nõ amãt: q2 tpalia ſufficere putãt. Nõ eſt ergo cenſus

B in crimine / ſed affectꝰ: cũcta eñi q̃ deus cõdidit bona ſũt. Sʒ q̃ bonis male vtitur: hic agit vt ꝑ edacitatis ingluuiẽ eo

Nota q̃ viuere debuit pane moriat̃. Paup

Luce.16.c ad requiẽ Laçarꝰ venerat: ſupbũ diuitẽ cruciabãt tormẽta. Diues abraã fuerat: q̃ laçaꝝ in ſinu tenebat. ait tñ: Loq̃r ad dñm meũ cuz ſim puluis et cinis ⁊c. Quid diuitias ſuas eſtimabat: q̃ ſe ipʒ puluerẽ cinerẽq; putabat? Aperte cernimꝰ in q̃ loco ſe poſuerat / q̃ ſe puluerẽ ⁊ cinerẽ etiã cũ deo loquerẽt̃ eſtimabat. Qua ǵ pena feriẽdi ſunt q̃ ad ſũma nõ ꝓficiũt ⁊ de minimis ſe extollunt? d ¶ Quinq; fuerint. Quinq; ciuitates igneis imbribꝰ cõbuſte. Oẽs eñi qui quinq; corpis ſenſus libidioſe tractauerũt: futuro ĩcẽdio ſũt cremãdi.

ƺ Quid ſi inuen/

multiplicatus eſt: ⁊ peccatũ eoꝝ a b
a ¶ conſuetudine quaſi ſuperpoſito lapide.
b ¶ vt a precipitatione iudicij compeſceret.
a aggrauatũ eſt nimis. † Deſcẽdã ⁊ c
¶ mala ſodome: priꝰ voluit ꝓbare ꝙ̃ iudicare.
videbo: vtrũ clamorez q̃ venit ad me / ope cõpleuerint: an nõ eſt ita:
a ¶ q2 dñs in angelis loquit̃: nunc in eiꝰ ꝑſona: nunc in angelorum ſtilos alternatur.
vt ſciam. Conuerteruntq; ſe inde d
⁊ abierũt ſodomã. Abrã vero ad huc ſtabat coraz dño: ⁊ appropin e
quãs: ait: Nũq̃d ꝑdes iuſtũ cũ im f
a ¶ per iuſticiam paucoꝝ vult mipetrare miſericordiã multoꝝ. ¶ Aliqui remiſſione digni: quia quinquageſimus remiſſiõis annus eſt.
b pio? Si fuerint quinquagita iuſti g
in ciuitate / ꝑibũt ſimul: et nõ ꝑces loco illi propter quinquaginta iuſtos ſi fuerint in eo? Abſit a te vt rem hanc facias: ⁊ occidas iuſtuz cũ impio: fiatq; iuſtus ſicut ipius:
a ¶ vt innocens pereat. b ¶ iuſte diſponis.
Nõ eſt hõc tuũ qui iudicas omnẽ
a ¶ orando hec dicit: nõ inuehendo.
terrã: Neq̃q; facies iudiciũ h. Dixitq; dñs ad eũ: Si iuenero ſodomis q̃nquaginta iuſtos in medio ciuitatis: dimittã oĩ loco propter eos. Rñdens abraã ait: Quia ſe
c mel cepi: loquar ad dominũ meũ
a ¶ ſublimitatem promiſſionis temperat ſubiectione humilitatis.
cũ ſim puluis ⁊ cinis. Quid ſi mi h
a ¶ quinq; ſenſibꝰ dediti ⁊ remiſſiõe indigni.
d nus quinquaginta iuſtis / quinq;
a ¶ .i. propter eos qui corpꝰ quadragenaria abſtinentia domãt: ⁊ ſenſibus quinq; ordinate vtuntur non parces omnibus.
fuerint: delebis ꝓpt̃ q̃draginta quinq; vniuerſam vrbem? Et ait:
a ¶ parcam.
Nõ delebo ſi iuenero ibi q̃dragin †
taquinq;. Ruſũq; locutuſ eſt ad
a ¶ legis ⁊ euãgelij precepta ſeruantes. q̃ter eni decem quadraginta fiunt.
eũ: Sin aũt quadragita inuẽti fuerint / quid facies? Ait: Nõ ꝑcutiã
a ¶ quia videbatur dñm interrogans artare reſponſo: temperat ꝑfatione qꝺ̃ querit̃.
ꝓpter quadragita. Ne q̃ſo inq̃t indigneris dñe / ſi loq̃r. Quid ſi inuenti fuerint ibi triginta? Reſpõ/

## Nico. de lyra

✱ Scðm eſt pctm̃ ꝯtra naturã: ſic hic dicit. Tertiũ eſt defraudatio pauperũ laborãtiũ / de q̃ habet̃ Iaco.v.a. Merces operarioꝝ vroꝝ qui meſſuerũt regiones vras: que fraudata eſt a vobis clamat: ⁊ clamor eoruʒ in aures dñi ſabaoth introiuit. a ¶ Multiplicatꝰ eſt. Addẽdo pctã pctĩs. b ¶ Et peccatũ e.a. ⁊c. Hebrei dicũt ꝙ iſta aggrauatio fuit / eo ꝙ quandã puellã occiderunt morte inſolita: eo ꝙ dederat alimentũ pauperi: ⁊ hoc ꝯſonat dicto Ezech.xvj.f. Hec fuit iniq̃tas ſodome ſororis tue ſupbia ſaturitas panis: ⁊ ocium / ⁊ manũ egeno ⁊ pauperi nõ porrigebãt. c ¶ Deſcẽdã ⁊ vi.⁊c. Hoc dicit̃ nõ q2 deꝰ indigeat tali inueſtigatiõe: ſed vt doceantur ꝑ hoc iudices nõ ſnĩare donec diligẽter inquiſierint ỽitatem. Cõuerte/

tem. d ¶ Cõuerterũtq; ⁊c.ſ. duo angeli qui apparebant in ſpecie viroꝝ: vt habet̃ in ꝑncipio ſequentis capituli: tertiꝰ aũt qui annũciauerat ſare ꝯceptũ: ⁊ q̃ loquebat̃ in ꝑſona dñi / vt dictũ eſt adhuc remãſit ibi cũ abrã ſm iſtã expoſitiõʒ. Scðʒ ỽo expoſitiõez hebraicã pretactã: ille angelus q̃ annũciauerat ſare ꝯceptũ / q2 ꝑfecerat legatõez ſuã: diſparuit ⁊ receſſit: quia duo tãtũ angeli mittebant̃ a deo ſodomã: vnus ad ſubuertendũ patriã: alius ad liberandũ Loth: ⁊ ille q̃ vocat̃ hic cõiter dñs cũ quo abraam loquebat̃: eſt ipſe deꝰ qui ſibi apparuit ꝓut dictũ eſt in ꝑncipio capituli. In alijs aũt lr̃a vniformit̃ exponit̃. Abraã ỽo adhuc ſtabat corã dño. Abraã eniʒ audita ppl̃i ꝯdemnatiõe: pietate motꝰ cepit rogare dñm ꝓ eiꝰ liberatõe: et ideo dicit̃: Stabat corã dño: ꝑatus ad ppl̃i adiutoriũ: ⁊ accipit̃ hic dño ꝓ ipo deo ſm expoſitionẽ hebraicã. ſm aliã ỽo pro angelo loq̃nte in ꝑſona dei. e ¶ Et appropinq̃ns ait: Vt ꝯuenictius orõnẽ ſuã ꝓponeret. f ¶ Nũq̃d p.i. cũ im.q.d.nõ. Et q2 ſciebat loth eẽ iuſtũ: liberationẽ eiꝰ habuit ꝓ obtenta: ⁊ iõ ꝯuertit ſe ad liberationẽ alioꝝ d. g ¶ Si fuerint q̃nquaginta iuſti ĩ ciuitate: Id eſt in ciuitatibus / quia erant quinq; ciuitates. In hebreo aũt aliquando accipit̃ ſingulare pro plurali ſicut Exoꝺ.viij.f. Venit muſca grauiſſima.i. mł̃titudo muſcarũ. vel in ciuitate in ſingulari ꝓ ſodoma: q2 illa ciuitas ꝑncipalis erat: ⁊ ſub illa intelligũt̃ alie q̃ttuor q̃ erãt ei ſubdite: ꝓpter qꝺ̃ reges illarũ iuerũt cũ rege ſodomoꝝ ad ꝑliũ tanq; vaſalli ſui: vt habet̃.ſ.xiiij. ptʒ ergo ꝙ ꝓ q̃libet ciuitate accipiebat decẽ iuſtos petẽs a dño liberationẽ cuiuſlibet ciuitatis ꝓ decez iuſtis in ea repertis: ſm ꝙ exponunt hebrei / Sequitur: h ¶ Quid ſi minꝰ quinquaginta iuſtis quinq; fuerit. Ita ꝙ cuilibet ciuitati aſſignent̃ nouẽ iuſti: petit abraã ꝙ pro illis nouẽ parcat̃ cuilibet ciuitati: nõ eñi auſus fuit ad minorẽ numerũ deſcendere: q2 cõſiderabat ꝙ octo ꝑſone iuſte fuerãt in arca tpe diluuij / et tñ nullus alius fuit ſaluatus propter eorũ iuſticiã: ⁊ ideo qñ abraam querit vltra: ſi parceret ꝓpter quadraginta: intelligit̃ de liberatione quattuor ciuitatũ tm̃: ⁊ quando ꝓpter triginta / intelligit̃ de liberatiõe trium: ⁊ qñ ꝓpter viginti / de liberatione duarũ: ⁊ qñ propter decẽ / de liberatione rõne vniꝰ: et ideo ibi ſtetit: q2 nõ erat vltra deſcenſus. Expoſitores aũt catholici dicunt ꝙ a principio petitionis abrae vſq; ad finez: intelligitur facta pro liberatione totius populi quinq; ciuitatũ: ſed procedit ſic deſcendendo vſq; ad decem iuſtos tẽptãdo obtẽta vna gratia / ſi poſſit maiorem impetrare: vltra ỽo decem nõ deſcendit. decem enim homĩes et nõ pauciores faciunt populum. Qr autẽ pro iuſticia minoris populi petatur liberatio populi maioris iniuſti / nõ videtur irrationabile petere: ſed ꝙ pro ✱ iuſticia tam

✱ c ¶ Deſcẽdã et videbo vtrũ clamorẽ q̃ venit ad me ope ⁊c. Per hec dñi ỽba cuius oculis omĩa ſunt nuda ⁊ aperta Heb.iiij.d. oſtendit̃ nobis ꝙ ſententia cõtra aliquem nõ eſt cito: ſed poſt diligentem examinationem ferenda: Sequitur. † ¶ Non delebo ſi inuenero ibi quadragintaquinq; ⁊c. poſtea ſubditur:

Nõ delebo ꝓ/

Margin (right): L — †2.q.1.Deꝰ De accuſa. q̃liter.ij. et c. cum dilecti.i. De ſimo.c. licet heli. — P Quare ſup xl. nõ rogauerit. — Moralit̃

a ¶ Quid ſi inuenti fuerint ⁊c̃. Alchu. Nō neceſſe eſt hoc de omni loco accipere. de ſodomis autem potuit dici: quia ſciebat deus nec decem eſſe ibi: ⁊ ideo ſic reſpōdebatur abrae ad exaggerationem iniquitatis ſodomorū. b ¶ Decem. Denarius crucem chriſti deſignat: quia .x. littera qua denarius exprimitur in figura crucis formatur. c ¶ Dixit. Sciebat enī nec vnū ibi eſſe preter loth: ad exaggerandam iniquitatem hoc dicitur: ſicut apud hieremiam: Uidete ſi inueniatis hominē facientē iuſticiam quaſi: Inuenite vel vnum: et parco eis. Hiere.a.5

¶ Legem cum fide trinitatis ſeruantes: ter enim decem triginta fiunt.

dit: nō faciā ſi iuenero ibi triginta. Quia ſemel ait cepi / loq̄r ad dn̄m meū: Quid ſi inuēti fuerit

¶ Seruātes mandata cum dilectione dei ⁊ ꝓximi propter denariū ⁊ binariū.

ibi viginti? Dixit: Nō interficiā propter viginti. Obſecro inquit ne iraſcaris dn̄e / ſi loq̄r adhuc ſe

a ¶ decalogi mādata ſeruātes.

a b mel: Quid ſi iuēti fuerint ibi decē? c Dixit: Nō delebo ꝓpt̄ decē. † Abijt dn̄s poſtq̄ꝫ ceſſauit loq̄ ad abraā / ⁊ ille reuerſus ē ī locū ſuū.

✱ iuſticia tam paucorū q̄ nō poſſunt dici ꝑpſus peteret̄ liberatio populorū q̄nq̄ꝫ ciuitatū videt̄ magis extraneū: et ideo abraam nō fuit auſus vltra deſcendere. G

✱ † ¶ Non delebo ꝓpter decē / ex quo patet ꝙ propter paucos iuſtos parcendum eſt multitudini quādo bono modo poteſt fieri: ⁊ quādo mali ſine periculo bonorum non poſſunt exterminari: propter qḋ ſaluator Mathei .xiij. d. dicit: Sinite vtraq̄ꝫ creſcere vſq̄ꝫ ad meſſem: ne colligentes ʒiʒania eradicetis ſimul ⁊ triticū. Moralit̄

## Additio

¶ In ca. xviij. vbi dicit̄ in poſtilla: Expoſitores autem catholici dicunt ꝙ a principio capituli.

¶ Additio .j. Diſcuſſio ſeu examinatio harum duarū expoſitionū circa apparitionē abrae factaꝫ in hoc loco / nō eſt ſic ſuperficialiter trāſcunda ſicut in poſtilla. Cōiter enī tenet eccl'ia in hoc loco abrae fuiſſe factā reuelationē de trinitate diuinarū ꝑſonarū: ⁊ vnitate diuine eſſentie: vnde eccl'ia cōiter cantat: ꝙ abraā tres vidit ⁊ vnū adorauit: ſed diligēter aduertēti ſatis cōprobat̄ veritas ex l'ra catholice expoſitiōis ex multis. Primo: q̄ ſi hic eſſent due apparitiōes: p̄ma eēt oīno ſupflua. Cū enī dr̄: Apparuit ei dn̄s ⁊c̃. nō exprimit̄ ꝙ aliq̄d dixiſſet dn̄s abrae / nec ecōtra: q̄ ſtatim ſubdit: Cū eleuaſſet oculos. Ex q̄ p̄ꝫ ꝙ ꝓceſſus ſeu forma illi⁹ viſionis ꝯſiſtebat in apparitione illorū triū virorū: ⁊ ſic exponit Ra. Moy. in ſuo lib. de ductione ꝑplexorū. ſ. ꝙ apparitio dn̄i in hoc loco facta abrae exp̄mit̄ ꝑ hoc qḋ ſequit̄: Cūq̄ꝫ eleuaſſet ⁊c̃. Itē q̄ angelo loquēte cuꝫ abraā de annūciatione ſare ⁊ ip̄a ridēte deus locut⁹ eſt abrae cōtinuando locutionē angelicā ſine aliq̄ interruptiōe q̄ſi eſſet idē angelus. ſ. q̄ loquebat̄ ⁊ deus. vn̄ dicit: Dixit aūt dn̄s ⁊c̃. qḋ non eſt intelligendū de identitate eſſentiali: ſed de idētitate rep̄ntatiua. ſ. ꝙ ille angel⁹ tūc loq̄bat̄ in ꝑſona diuina quā in illa app̄itione rep̄ntabat. Item dictū angeli. ſ. reuertēs veniā ad te ⁊c̃. nō legit̄ impletū niſi in hoc qḋ dr̄. ī. xxj. ca. Dn̄s aūt ⁊c̃. in quo app̄et qḋ ille angel⁹ q̄ dicit ſe reuerſurū: ⁊ dn̄s viſitans accipiunt̄ in hoc loco pro eodē mō p̄dicto. Itē hoc p̄ꝫ de adoratione abrae / qui poſtq̄ꝫ vidit tres: vnum adorauit: qḋ intelligendū eſt de adoratione latrie. dicit enī: Et adorauit in terra / qḋ vnū ab ipſo adoratū adonai vocauit: vt p̄ꝫ in l'ra hebraica. Itē hoc p̄ꝫ ex obſequio abrae p̄dictis viris ſeu angelis impēſo. Tum in locutiōe cū ſe vocat ſeruū: vt cū dixit: Ne tranſeas ſeruū ⁊c̃. Tum in hoc ꝙ ea q̄ ad cōuiuiū parauerat ꝑ ſeip̄m cū magna diligētia ſeu feſtinatione faciebat: vt cū dr̄: Feſtinauit abraā in tabernaculū ⁊c̃. Ipſe v̄o ad armentū cucurrit ⁊c̃. q̄ feſtinauit ⁊c̃. Tulit quoq̄ꝫ butyrū ⁊c̃. ⁊ poſuit corā eis: vn̄ Orige. Cōſidera ꝓtinus ſenē abraā impigrū ⁊ alacrē in officijs. Itē q̄ ip̄is recūbentib⁹ dicit̄: Ip̄e v̄o ſtabat iuxta eos q̄ſi nō audēs ꝯſedere cū eis: nec etiā illi ip̄m ad h̄ inuitabāt q̄ oīa attēta dignitate abrae et ei⁹ ſenectute irrōnabilit̄ fierēt niſi hec apparitio eſſet ſibi rep̄ntatiua diuinorū: ⁊ abraā hoc ſpū ꝓphetico cognouiſſet: vn̄ Amb. in li. de abraā. Uide p̄mo fidei myſteriū: de⁹ illi apparuit ⁊ tres aſpexit: cui de⁹ refulſit trinitate: nō ſiue filio patrē ſuſpicit: nec ſine ſpūſctō filiū ꝯfitet̄: hec ille. Ex q̄bus ⁊ alijs ad hoc correſpōdentib⁹ in l'ra ꝯtētis ſi attēte cōſiderent̄ / manifeſte p̄ꝫ ꝙ hec fuit vna apparitio incedēſ ad hoc qḋ dicit̄: Apparuit aūt ei dn̄s: in p̄ncipio hui⁹ cap'li. xviij. vſq̄ꝫ ad p̄ncipiū ſequēt' ca. ſ. xix. vbi dr̄: Abijt dn̄s poſtq̄ꝫ ceſſauerat loq̄ abraā: ⁊ iō cū angeli receſſiſſent abeundo ſodomā: interponit̄. abraā v̄o adhuc ſtabat corā dn̄o: cōtinuādo p̄dicta dicēdis ſub eadē app̄itiōe in q̄ abrae poſtq̄ꝫ a deo audiuit: Ambula corā me et eſto ꝑfect⁹ ⁊c̃. ꝓut ſup̄ fuit dictū in additōe in ca. īmediate p̄cedēti: ⁊ recepit pactū dn̄i in carne ſua in fedus eternū ⁊c̃. ſ. ad eternitatē ducēs: vt ī Glo. ſtatim fuit ſibi facta app̄itio triū diuinarū ꝑſonarū cū vnitate diuine eſſentie rep̄ſentatiua: vt ille q̄ p̄r multarū gentiū cōſtituebat̄ a deo in vera fide: vltimū terminū in quē fides tēdit ſaltē enigmatice ſeu rep̄ntatiue videret: ⁊ ꝯn̄r oñderet̄ eſſe īterceſſorē ꝓ delinq̄ntib⁹ etiā alienigenis tanq̄ꝫ p̄r multarū gentiū: vt p̄ꝫ in facto ſodomorū q̄ eſt ſcḋa p̄s poſt p̄ncipalē hui⁹ apparitiōis: vn̄ recte ꝯſiderāti hec expoſitio eſt v̄a apḋ catholicos ⁊ l'rē magis ꝯſona: lꝫ forte apud īfideles diſtinctionē ꝑſonarū in diuinis nō

## Additio

in diuinis nō recipiētes poſſet irrōnabiliter declinari: de quo catholicus exponēs curare nō debꝫ: ꝓut declaratū fuit in q̄ſtione ſup̄ ꝓlogū art̄. v. Et notandū ꝙ licꝫ in exordio creationis mūdi: ⁊ deinceps ſepe pluralitas ꝑſonarū diuinarū cū eſſentie vnitate īnuat̄: nō t̄n numerus determinat⁹ diuinarū ꝑſonarū explicite oñdit̄ vſq̄ꝫ ad tp̄a abrae in hac app̄itiōe: ex quo dignitas abrae demōſtrat̄: ⁊ p̄ſertim in his que ad fidē ꝑtinent. Nota

¶ In eo. ca. xviij. vbi dr̄ ī poſ. Et adorauit adoratiōe dulie.

¶ Additio .ij. Hec adoratio videt̄ eē latrie: q̄ vbi dr̄: Dn̄e ſi inueni grām ⁊c̃. ibi ponit̄ adonai: vt dictū eſt. adorabat enī abraā deū rep̄ntatū ꝑ iſtos tres viros: vn̄ Aug⁹. xvj. ḋ ci. dei. Abraā ī trib⁹ vir' deū cognoſcebat: cui ꝑ ſingularē numerū loq̄bat̄: etiā cū eos hoīes eē arbitraret̄: hec ille. Necvalꝫ ꝙ hebrei dicūt ꝙ vn⁹ apparebat q̄ſi dn̄s inter alios quē abraā alloquebat̄: nā abraā ibi ſe exp̄ſſe vocat ſeruū illorū: nō t̄m vni⁹. dicit enī: Idcirco declinaſt' ad ſeruū vr̄m. De noīb⁹ aūt horū triū angelorū nō videt̄ temere aliq̄d aſſerēdū: ſꝫ veriſil'r videt̄ eſſe dicendū / ꝙ ille q̄ venerat ad denūciandū ſare ꝯceptū: a q̄ chriſt⁹ ſm̄ carnē naſcitur⁹ erat eēt gabriel: ipſe enī denūciauit danieli tp̄s aduent⁹ xp̄i. Dan̄. ix. f. ſil'r ⁊ Zach. ꝯceptū p̄curſoris ip̄i⁹ xp̄i: Lu. j. a. ⁊ finalit̄ btē v̄gini xp̄i ꝯceptiōeꝫ. Lu. j. c.

¶ In eo. ca. xviij. vbi dr̄ ī poſtil. Scḋꝫ aūt aliā expoſitōeꝫ.

¶ Additio .iij. Scḋm v̄o expoſitionē. ſ. catholicā ſupradictā iſte q̄ vocat̄ hic dn̄s eſt ver⁹ de⁹ ſub rōne deitatis ab abraā app̄hēſus: nō habito reſpectu ad diſtinctionē ꝑſonarū: ſicut in q̄ꝫ plurimis locis ſacre ſcripture reperit̄. H

¶ In eo. ca. xviij. vbi dicit̄ in poſtilla: Ultra v̄o decem nō deſcendit.

¶ Additio .iiij. Hiere. v. a. legit̄: Circūite vias hierl'm: ⁊ q̄rite in plateis ei⁹: an inueniatis virū faciētē iudiciū ⁊ q̄rentē fidē ⁊ ꝓpitius ero ei. ſ. hierl'm: ex quo videt̄: ꝙ ꝓ iuſticia vni⁹ t̄m nō eēt irrōnabile ꝙ liberaret̄ vn⁹ ppl's: vn̄ nō videt̄ extraneū ꝙ abraā auſus fuiſſet petere / qḋ hiere. in ꝑſona dn̄i cōcedebat. Ad qḋ dicēdū ꝙ in h̄ loco de⁹ loq̄t̄ more hūano: vt doceret abraaꝫ: q̄ ( ꝓut ī hoc loco teſtat̄ ) p̄ceptur⁹ erat filijs ſuis ac domui ſue poſt ſe cuſtodire viā dn̄i: ⁊ facere iudiciū: ⁊ iuſticiā addiſceret / q̄m ꝓcedēdū eēt ꝑ viā iuſticie in puniēdis magnis flagitijs: q̄ publicā euidentiā habēt: de q̄b⁹ intelligit̄ clamor: vn̄ ſm̄ Amb. Pctm̄ cū clamore / culpa cū libertate ē: ⁊ iō iſte collatiōes inter deū ⁊ abraā referēde ſunt ad īformationē ip̄ius abrae mō hūano: vt cū dic̄: Deſcendā ⁊ videbo p̄cipitationē iudicij: cōpeſceret p̄ſertim quo ad maiora crimīa / q̄ q̄ꝫto acrius ſunt puniēda: tāto vident̄ tardius credēda: vt in glo. Abraā aūt nō petiuit in h̄ loco miſcḋiam ſimpliciter: ſed admixtā cū iuſticia: vn̄ dicit: Abſit a te vt occidas iuſtū cū impio ⁊c̃. ⁊ ideo poſtq̄ꝫ acceſſit ad numerū decē ceſſauit vltra petere: eſtimans ꝙ modicū quaſi nihil reputat̄: vt dicit phus. ij. Phyſ. Phus. Hiere. v̄o in ꝑſona dei more diuīo loquit̄: cui⁹ miſcḋia eſt infinita: vt ſic etiā ꝓpter vnū t̄m parcēdū dicit eſſe q̄nq̄ꝫ ceteris.

Replica correctorij ꝯ Burgen̄. fictorē. In ca. xviij. exponit poſtillator apparitionē factā abrae ſm̄ intentionē hebreorū ⁊ etiā doctorū catholicorū ad litterā multū ſufficiēter ⁊ intelligibiliter: ſed quia myſticā expoſitionem hic nō tāgit: ſed in op̄e ſuo morali. Burgen̄. dicit eū ſuperficialiter facere: ⁊ facit longā digreſſionē / q̄ t̄n ad ſenſum l'ralem nō videt̄ ꝑtinere: nā illū paſſum: Tres vidit ⁊ vnū adorauit: etiā exponit de trinitate ꝑſonarū ⁊ vnitate eſſentie ꝑ allegoriā. Silr̄ btūs Aug⁹. ij. de tri. ca. v. ⁊ glo. ordi. vnde etſi in hac apparitione de⁹ rep̄ntabat̄ ad l'ram: ⁊ in ei⁹ ꝑſona fiebat locutio miniſterio angelico in corpibus aſſumptis: abraā t̄n p̄mo putabat eos eſſe hoīes: q̄b⁹ hūanitatis īpendebat obſequia: ſed ex

A quia: ſed ex colloquio aliq̄d ſupra hoīes excellētie habere eos cōcepit: vtputa ſcire occultū: ſcire riſum: ⁊ cetera que ex littera trahi pñt: vñ nō dubitauit deū adeſſe. Hec eſt ſnīa bti Aug. xvj. de ciui. dei. ca. xviij. ⁊ mgr̄o hiſto. Patꝫ etiā in ſpeciali ex geſtis abrae ipm̄ pmo nō intellexiſſe deū vel angelos fuiſſe in hac apparitōe: quēadmodū ſentit Burgeñ. hic ꝯ poſtillatorē. nā ſtultū fuiſſet deo vel angelis pedū corporalē exhibere lotu raꝫ: nec minus ſtultum intelligentijs infatigabilibus deputa re locū quietis poſt laborē: multūqꝫ irrōnabile immortalibus proponere cibū. q̄ enī cibo egent īmortales eſſe nō pñt: qđ vi dit Ariſtoteles in lumine naturali: ⁊ abraā non dubitauit nec dubitare debuit ex lumine fidei. Ex quibus manifeſtum eſt ꝙ pmū putabat eos hoīes eſſe: ⁊ ꝓ tūc eis cultū dulie tm̄modo exhibuiſſe: ſed ꝑ colloquia mores ⁊ eoꝝ cōcluſiōes / ⁊ determi natiōes cōtinuo didicit abraā angelos eos eſſe: ipmqꝫ deū re preſentare: iō aliqñ loquebatur eis pluraliter dicens: Idcirco declinaſtis ad ſeruū veſtrū: aliqñ ſingulariter dicens: Nun q̄d ꝑdes iuſtū cū īpio: ſicqꝫ exhibuit eis cultū hyperdulie: ſꝫ ſi latrie recepit ſignatū pro ſigno / repñtatū deū ꝓ repſentantibꝰ angelis / quibus bñ penſatis ſoluunt faciliter ea que ꝑ Bur geñ. ſunt adducta in contrariū. In eo. ca. vbi poſtillator ex ponens adoratione abrae: dicit eā fuiſſe latriā / allegans ad h ꝙ in hebreo habet adonai / vbi nos habemꝰ dñe: h videt Bur

Adonay

geñ. fingere ꝙ in hebreo. ſ. habeat adonai. nā Exod. vj. a. dr. Ego ſum dñs qui apparui abraā iſaac ⁊ iacob: ⁊ nomen meū adonai nō īdicaui eis: Quō igit abraā vocaſſet dñm adonai: cū nomē illud nō fuit ei notū nec indicatum. ⁊ puto eū ſepe ſic fingere: qñ loquit de hebraica veritate: hoc tamē nō vrget: qr ſm btm̄ Hiero. adonai nō eſt propriū nomen: qr interp̄tatur dñs vł dñator que poſſūt ꝯuenire alijs q̄ꝫ ei cui latria eſt adhi benda. Nec valet inſtantia ad illud quod dicūt hebrei vnum ex illis tribus apparuiſſe quaſi alijs p̄ſtantiorē: qr dicit Bur geñ. ꝙ abraā dixit ſe ſeruū oīm triū. ſtat enī apparere regē cū quattuor vel quinqꝫ pncipibus / inter q̄s rex apparet ſolēnior ⁊ tñ q̄s dicat ſe ſeruū oīm. ſed in pncipali videt Burgē. īplica re. allegat enī btm̄ Aug. ꝙ abraā arbitrabat eos hoīes eſſe ſicut ⁊ veꝝ eſt: vt pꝫ ex dictis in p̄cedenti. Et ibidē Burgeñ. dicit abraā deo latriā exhibuiſſe in ꝓpoſito: q̄ ſingulariter de eis loquebat. Vñ arguit ꝯ Burgeñ. qr abraam in eodē litte re cōtextu

re contextu loquebat de eis pluraliter: igitur nō exhibuit eis latriā a contrario ſenſu: igitur ſi exhibuit latriam: nō exhibuit latriam / que eſt implicatio: nec fortaſſe valet fugere ad myſte riū trinitatis pſonarū: qr hoc in veteri lege fuit valde velatuꝫ q̄ꝫuis multipliciter fuit ſub velaminibus exp̄ſſum: nec abraam adhuc in hoc loco in eo myſterio forte plene fuit inſtructus: Quibus ſic ſtantibus pro Burgē. reſpondetur ꝙ cum abraā eos quos eſtimabat eſſe hoīes ex certis ſignis cognouit ange los eſſe: ⁊ ipos deū repſentare locutus eſt eis ſingulariter ha bendo reſpectū ad angelos repreſentantes: et ita eſtimatione prima exhibuit illis duliā / vt vult poſtillator: ſed poſthac me lius inſtructus propter repreſentatum latriā exhibuit / vt vult Burgē. Et hunc intellectū videt aperire idē Burgē. in addi tione ſequenti: vbi dicit ꝙ abraā apprehendit in hoc loco deū verū ſub ratione deitatis: non habito reſpectu ad diſtinctionē pſonarū. Sed q̄d veritatis habeat hoc dictū Burgē. quo ad aliqua / aliū requirit tractatū. In eodem ca. vbi poſtillator dicit abraā vltra decē nō deſcendiſſe ⁊c. Burgē. inſtat per il lud Hiere. v. a. Circūite vias hierlm ⁊c. vbi ſm ꝙ Burgen. exponit pro vnius iuſticia tm̄ cōcedit venia toti cōmunitati: nō ergo fuiſſet extraneū abraā petere pro paucioribꝰ q̄ꝫ decē. Hic dico ꝙ illū paſſum Hiere. aliter poſtillator exponit ⁊ me lius dicens / ꝙ virū nō accipiat hic pro vnico tm̄: ſed accipitur ſingulare ꝓ plurali: ſicut Exo. viij. f. Venit muſca grauiſſima .i. multitudo muſcarū. Probat aūt ſuā expoſitiōꝫ ex eo: qr ibi erat Hieremias Baruch / ⁊ abdemelech ethiops: qui iuſti cō memorāt: de duobus pmis dubiū nō eſt: de tertio dr Hiere. xxxix. d. Anima tua erit tibi in ſalutē: quia in me habuiſti fidu ciā: ait dñs. Et hunc locū dimittit Burgen. intactū: nec vale re videtur diſtinctio Burgē. de modis loquendi hic ⁊ ibi: di uino. ſ. ⁊ humano: quia vtrobiqꝫ ſunt queſtiones non deciſio nes: deus enim parcit aliquando multis propter paucos: ali quando autem non parcit propter multos. nam. iij. Regum xviij. a. habet quomodo non pepercit ſamarie: ſed totam afflē xit fame propter idolatriam: cum tamen ſaluati fuerant ſeptē milia virorum: qui non curuauerant genua ſua ante baal: vt patet. xix. a. ibidem. Sic ⁊ aliquando punit multos propter vnum / ſicut propter peccatum dauid: vt patet. ij. Regum vlt. q̄ꝝ omniū cauſas querere nō eſt preſentis propoſiti.

## Glo. ordi.

(B) Nota de impari numero.

Venerūtqꝫ duo angeli ⁊c. Notandum ꝙ tres angeli nu mero impari abrae apparent: qr numero impari deus gaudet. So domā venerunt pari numero. i. duo q̄ numerus primus ab vnitate recedit et pnceps eſt alteritatis: quaſi femineā fi gurans mollicie. Venerūt in veſpere: qr iā ſodomis occubuerat ſol iuſticie. b Qui cū vidiſſet ⁊c. Dū occur rit loth ⁊ adorat angelos videt intel ligere: dum ad refectionē corpis inui tat / hoīes videt putare. Sed de his ⁊ de illis q̄ abrae apparuerūt idē intelli gendū eſt. Ex hoc aūt loco ſcripture et multis alijs cōmendat virtus hoſpita litatis. vñ paulus Heb. xiij. a. Hoſpi talitatē nolite obliuiſci. Per hanc enī placuerūt quidā angelis hoſpitio rece ptis. c Lauate. Quod hoſpitibꝰ ſolet fieri: vt effectus terreno puluere ſordidati: et accidia et puſillanimitate tanqꝫ puluerulentis ſqualoribus emū dent. Vñ in monaſterijs ꝓuenientibus de via oro celebrat.

Hoſpitał.

Moralit

Cōpulit illos

## Ca. XIX

a Veneruntqꝫ duo angeli a
a expectante cuiuſli bet hoſpitis aduentū.
ſodomam veſpere: ſe b c
dente loth in foribus ciuitatis.
a vt appareret q̄ꝫ hoſpitalis eſſet.
b Qui cum vidiſſet eos: ſurrexit ⁊ d e
iuit obuiā eis: ⁊ adorauit ꝓnus f
in terram / et dixit: Obſecro dñi
declinate in domū pueri veſtri /
c ⁊ manete ibi. Lauate pedes ve
ſtros: et mane proficiſcemini in
viam veſtrā. Qui dixerūt: Mi g
a futurū exterminiū ſignificāt: dū ſe īmu nes ⁊ abhorrere flagicia ſodomoꝝ mōſtrāt
nime: ſed ī platea manebimus.

## Nico. de lyra

Diuiſio

Venerūtqꝫ duo angeli. Hic cōſequēter Ca. XIX deſcribit abrae exauditio quātū ad liberationē ipſius loth / in q̄ ſic procedit: qr primo ponit deſtructionis ſo dome occaſio. ſcđo ipſius loth liberatio / ibi: Iā ꝓpe erāt vt ef fringerent fores. tertio deſtructionis executio / ibi: Igit dñs pluit ſuꝑ ſodomā. q̄rto inceſtus ꝑpetratio / ibi: Aſcēditqꝫ loth de ſegor. Circa pmū ſciendū ꝙ licꝫ pctā p̄terita demeruiſſent ſubuerſionē ſodomorū: tñ vltima occaſio fuit ex nephario cri mine: quod volebant cum angelis in ſpecie iuuenū apparenti bus exercere: quod deſcribit cū dicitur: a Veneruntqꝫ duo angeli ſodomā ⁊c. Vnus ad ſubuertēdū patriā: aliꝰ ad liberandū

## Nico. de lyra

ad liberādū loth ⁊ eiꝰ familiā. b Ve ſpe. Tātū enī tardauerūt / vt viderēt ſi ꝑceret terre ꝓpt p̄ces abrae: qr erāt angeli boni. c Sedēte ⁊c. Dicūt h hebrei ꝙ illa die ſederat tāqꝫ pncipa lis int iudices q̄ tūc tpis ſedebāt ad iu dicādū ī porta ciuitatis: ſꝫ iſtud nō ꝯſo nat lr̄e ſeq̄nti. ī. eo. ca. vbi dr ipi loth: Ingreſſus es vt aduena: nūq̄d vt iudi ces: q̄ſi dicat nō: ⁊ iō meliꝰ dr ꝙ in do mo abraā didicerat hoſpitalitatē: ⁊ iō circa veſperā venerat ad portā ciuitatꝭ vt videret ſi venirēt ꝑegrini ⁊ eos du ceret ad domū ſuam. ⁊ ideo ſubditur: d Qui cuꝫ vi. e. ſ. in ſpecie viroꝝ. e Surrexit ⁊ iuit ⁊c. Credēs eos eſſe homīes ꝑegrinos. f Adora uit. Adoratione dulie: vt faciliꝰ incli naret eos ad declinādū in domū ſuā: Seq̄t: g Qui dixerūt: minime. Videt ꝙ mētiti ſint angeli: qr intēde bāt ad domū eiꝰ declinare: dicendū ꝙ nō: qr lꝫ intēderēt finaliter illuc ire: tñ nō intēdebāt īmediate ire ad petitōeꝫ pmā ipſiꝰ loth: vt ꝑ hoc declararet magis

Moralit

Moraliter. Veneruntqꝫ duo angeli ſodomā ve ſpere. In hoc capitulo tria deſcribuntur ſcꝫ ipſius loth ſalus: ſodomorum interitus / ⁊ ipſius loth inceſtus. Circa primū di citur: a Veneruntqꝫ duo angeli ſodomā veſpere. Per quos deſignātur predicatores ſimul cōbinati / ſicut dicit Lu. x. a. de p̄dicatoribꝰ euāgelij: Miſit illos binos ante faciē ſuā ⁊c. qui debēt denunciare ſodome. i. cōgregationi maloꝝ deſtructionē. b Sedēte loth in foribus ciuitatis. Ut ꝑegrinos duceret in domū ſuā: ꝑ qđ deſignat ꝙ hō iuſtꝰ ſtude at alios inducere ad iuſticiā. Prouer. xxj. b. Excogitat iuſtꝰ de domo ipij. vt detrahat ipios a malo. Et q̄m ſicut iſti nitūt ipi os a malo detrahere: ſic ipij iuſtos ad malū īducere: iō ſbdit:



Viri ciuitatis

E ☞ a ¶ Compulit illos. Alchu. Angeli qſi coacti domū loth ingrediunt: vt charitas ipſius tēptata ⁊ pbata remuneret: et vt oſtenderet q̄tum eſſet hoſpitalitatis bonū: hoſpitalem domū ingreſſi ſunt: ⁊ hoſpitē liberauerūt / clauſas hoſpitib⁹ domos ignis ingreſſus: pctōres perdidit. b ¶ Habeo duas filias. Aug⁹. Utrū admittenda ſit cō/penſatio flagitioꝝ vel quorūlibet peccatorū vt faciamus mala ne fiant grauiora: an pturbationi loth non ſit conſilio tribuendū: merito querit: ⁊ nimirū periculoſiſſime hec cōpenſatio admittit. Si autē pturbatio mentis fuerit / nullo modo eſt imitanda. c ¶ Et intro/duxerūt ad ſe loth. Greg⁹. moral.

Moralit. Malis aduerſantibus intra domum loth reducitur et munitur: quia quiſq̄ iuſtus prauorum inſidias ſuſtinēs / ad mentē reuertitur ⁊ manet interritus. Sodomite in domo loth hoſtium inuenire nequnt: quia corruptores mentiū ☞ cōtra vitā iuſti

a ꝯpulit illos oppido vt diuerterēt a
a ¶ q: humana forma indutos vl' veſtitos
ad eū. Ingreſſiſq̄ domū illi⁹ / fē
videbat a ¶ quia immunis a fermento nequitie ſodomorum.
cit cōuiuiū: coxit açyma ⁊ come b
a ¶ Quia tranq̄llitatē caſtitat' ſp inq̄etare
derūt. Priuſq̄ aūt irent cubi/
molitur circūſtrepēs ſartago libidinū.
tum: viri ciuitatis vallauerūt do †
a ¶ filij noctis operibus noctis obtenebrare volunt filios lucis.
mū illi⁹ a puero vſq̄ ad ſenē / oīs c
ppl's ſimul. Uocauerūtq̄ loth /
⁊ dixerūt ei: Ubi ſunt viri qui introierūt ad te nocte: Educ illos d
huc vt cognoſcam⁹ eos. Egreſ/ e
ſus ad eos loth / poſt tergū accludēs oſtiū / ait: Nolite queſo frēs
b mei: nolite malū hoc facere† Ha f
¶ pturbat⁹ flagitiū flagitio vult cōmutare
beo duas filias que necdum cognouerūt virum: Educā eas ad
vos: ⁊ abutimi eis ſicut vob' placuerit: dūmmō viris iſtis nihil fa
a ¶ Mos fideliū eſt ab oīni iniuria hoſpites defenſare. ¶ hoīes tantū putabat.
† ciatiſ mali: q: igreſſi ſūt ſub† vmbra culminis mei. At illi dixe/
rūt: Recede illuc. Et rurſū: † In
a ¶ quaſi peregrina iudicia nō recipimus.
greſſus es inquiunt / vt aduena: nunq̄d vt iudices: Te ergo ipm
a ¶ q̄s tēptatōe libido ſupare nō pōt: gra
magis q̄ hos affligem⁹. † Uimq̄
uioribus ſtimulis vrget.
faciebant loth vehementiſſime.
¶ q: cū caſtitas pene vſq̄ ad lapſu ipetit ſepe bonorū adiutorio intra conſciētie clauſtra inuiolata ſeruatur.
Iam prope erat vt infringerent g
fores: et ecce miſerūt manū viri: h
a ¶ quia aditus cordis contra prauos motus ratione munitur.
c et introduxerūt ad ſe loth / clau/ i

Nico.de lyra

⁂ declararet magis pietas ipſius: et daret alijs exemplū hoſpitalitat': ideo ſequit: a ¶ Compulit illos oppi/do. i. valde: ⁊ tunc acquieuerūt: ſimile habet Luc. vlti. d. de duobus diſcipulis euntibus in emaus / cum q̄bus dñs erat in ſpecie peregrini: ⁊ finxit ſe lon/

† 14. diſ. c. qd ait. 32. q. 7. c. affe/rebat. gius ire / cuz ſubdit: φ coegerūt eum et remāſit cum illis: ex quo patz φ ad ſimplicem inuitationē nō remanſit cū eis. Et ex iſtis locis ⁊ ſimilib⁹ habet φ peregrini nō ſolū ſunt inuitandi ab hoſpitium ſupficialiter ⁊ leuiter: ſed cū inſtā/tia magna. b ¶ Coxit azyma ⁊c. Ex hoc loco dicūt hebrei φ tēpus erat paſchale: ī quo precipit in lege φ iudei

‡ 3. q. 5. ac/cuſatores. ij. et. q. 6. c. leges comedāt açymos panes ſeptē diebus: ⁊ φ loth iſtā obſeruationē didicerat in domo abrae. ſicut enī aliq̄ alia cerimo/nialia ante dationē legis obſeruabant vt de circūciſione dictum eſt ca. xvij. Et de obſeruatione ſabbati ca. ij. ita dicūt hic de obſeruatiōe paſchali: ſed hoc vi/detur falſum: quia Exo. xij. e. vbi agit

‡ 2. pe. 2. b de exitu filioꝝ iſrael de egypto dicit φ exierūt nocte paſchali. Et cauſa q̄re tūc comederūt panes açimos aſſignat / q: nō poterāt tūc aliquid fermētare eo φ egyptij cogebāt eos exire: ex quo manifeſte p3 φ nō habebāt açyma comedere ex aliq̄ obſeruatione pus inſtituta: ſ3 ex hoc φ in illo exitu fuerunt coacti vti açymis: inſtitutū eſt vt de cetero in ſolennitate paſchali açymis vterent in memoriā ſui exitus de egypto: hoc etiā videtur ex nōie paſche qd trāſitus interptatur: eo φ illa nocte angelus dñi tranſijt per egyptū egyptios pcutiens: ⁊ filios iſrael ſaluans: ⁊ q: eadē nocte filij iſrael īceperūt exire de egypto ſe diſponendo ad exeundū in mane: vt videbit Exo. xiij. a. vt tranſirēt ad terrā pmiſſionis: ppter qd non videt φ antea eſſet aliqua obſeruantia paſchalis: ⁊ iō qñ dicit: Coxit azyma / hoc eſt: quia tales panes cito poſſunt fieri hoſpitibus aduenietibus. Sequit: c ¶ Oīs ppl's ſiml'. Synechdoche eſt locutio / ſicut dicit: tota ciuitas currit ad tale ſpectaculū: licet aliqñ maior pars remaneat. nō enim eſt veriſimile φ totus ppl's vnius ciuitatis magne eſſet circa domū loth. d ¶ Educ illos ⁊c. concubitu nephario. e ¶ Egreſſus ad eos loth poſt ⁊c. ne intrarēt domū eius: ⁊ impeterēt hoſpites quos adhuc credebat eſſe hoīes. f ¶ Habeo duas filias ⁊c. Hoc dixit vt euitaret maius malū. ſ. vitiū contra naturā: ⁊ violentia hoſpitum ſuoꝝ. de iure enim naturali eſt cōſeruare hoſpites: ⁊ patz

Queſtio littera. Hic querendū eſt vtrū loth peccauit offerēdo filias illis luxurioſis: ⁊ videt φ nō: quia de duob⁹ malis minus malum eſt eligendū: ſed maius malum eſt vitiū contra naturā q̄ defloratio virginū per ſtuprū: ergo ⁊c. Item moyſes permiſit dare libellū repudij qd erat illicitū: ſm φ dicit ſaluator Mathei. xix. a. Ad duriciā cordis veſtri ⁊c. Et hoc ad euitādū maius malū. ſ. vxoricidiū: vñ dicit glo. ibidē. Permiſſū eſt eis vt vxores dimitterēt ne eas occiderēt: et tñ moyſes ſcūs fuit: nec ī h peccauit: g̃ et ipſe loth potuit ꝯcedere filias ſuas ad euitādū vitiū ꝯ naturā ⁊ violentiā hoſpitū ſuoꝝ. Itē licite pmittūt mere/trices ī ciuitatib⁹ ne oīa turbent libidinib⁹ ſm Aug'. Cōtrariū videt p dictū Aug'. φ loth turbat⁹ dixit h: q: tales cōmutatōes ñ ſūt faciēde. Dicēdū φ illicitū fuit ſibi ꝯcedē abuſū filiaꝝ ſuaꝝ. charitas enī eſt ordinata: ⁊ iō null⁹ d3 cōmittere aliq̄d inordinatū quo ad ſe: vt p̄caueat maiori pctō alterius: vnde ſm Aug'. lib. cōtra mendaciū: etiā ad p̄cauendū homicidiū nō eſt mētiēdū. loth autē nō potuit offerre filias ſuas mō p̄dicto quin ꝯſentiret in re qd erat pctm̄ de genere: non ſolū veniale ſicut eſt mendaciū officioſum: ſ3 etiā mortale: tñ exoneratus fuit a tanto: ⁊ ſi nō a toto: Tum rōne pturbatiōis mētis in qua erat: Tu3 q: vitio peſſimo in ſuis cōciuibus: et violētie in ſuis hoſpitib⁹ occurrere intendebat. Ad pmū in cōtrariū dicendū φ verū eſt ī corpalib⁹: ſ3 φ hō faciat pctm̄ qdcūq̄ minimū ad euitandū maius in alio: non eſt licitū. nō enī faciēda ſunt mala vt veniāt bona: ſm φ dicit Apl's. ¶ Ad ſecundū dicunt aliq̄ φ moyſes nō cōceſſit ex ſe / q: peccaſſet: ſed ex auctoritate dñi q̄ pōt matrimoniū cōiungere ⁊ diſſoluere p ut ſibi placet. Nec illi qui ſic vxores dimittebāt peccabāt: q̄tū erat ex ipſa di/miſſione: ſicut nec filij iſrl' peccauerūt ſpoliādo egyptios aucte dñi: q̄ pōt p/ut vult vni auferre ⁊ alteri dare. pote/rat tñ eſſe pctm̄ in dimittentib⁹ ex alia cauſa. ſ. ſi iniuſte odiebāt vxores vl' huiuſmōi: ſed hoc dictū nō videt conſonū vbo ſaluator' Matth. xix. b. ⁊ Mar. x. b. φ ſi q̄s dimiſerit vxorē niſi ob fornicationē ⁊ aliā duxerit mechat: ⁊ qui dimiſſam duxerit mechatur: quod nō eſſet verū ſi pmū mřimoniū eſſet diſſolutū: ⁊ ideo aliter pōt dici φ repudiu3 vxoris fuit pmiſſu3: q: nō puniebat in lege: nō p hoc φ foret licitū: ſicut ⁊ dare ad vſurā extraneo: vt habet Deut. xxiij. a. vbi de hoc plenius dicet. Ad tertiū dicendū φ lex hūana pmittit meretrices inq̄tū nō punit talē fornicationē: q: nō pōt oīa punire / ſed aliq̄ rōnabiliter dimittit dei iudicio punienda: nō tñ licitū ē legiſlatori ad meretriciū vel fornicationē inducere etiā p maiori malo vitādo. Qd aūt inducit φ de iure naturali eſt cōſeruare hoſpites ſuos ⁊c. Dicēdū φ q̄libet tenet hoſpites tueri inq̄tū pōt p modū licitū: nō tñ d3 peccare ad eoꝝ tuitionē ppt ordinē charitatis / vt dictū eſt. g ¶ Iā ppe ⁊c. Hic interponit ipi⁹ loth liberatio: q: violētia ſup ipm increſcebat. h ¶ Et ecce miſe/rūt ⁊c. i. angeli: q: tpˢ erat vt oñderēt ptātē āgelicā. i ¶ Et itroduxe. ad ſe loth / malis gratib⁹ oīm q̄ erāt circa domū.

Quare meretrices p/mittūtur in ciuitatibus

als † vmbra culum.

☞ ⁂ Et eos ⁊c.

Moralit. ⁂ † ¶ Uiri ciuitat' valla. do. vt cū angelis q̄s hoīes putabāt facerēt op⁹ nephariū: ſ3 qm̄ iuſt⁹ p poſſe malū nitit ipedire: iō ſubdit in pſona ei⁹: f ¶ Habeo duas fi. ⁊c. Per q̄s ītelligi pñt ſuba tpalis ⁊ corpalis vita. hec enī p pximi ſalute ſunt exponēda. S3 q: mali nolūt acq̄eſcere vbis bonoꝝ: ideo pcutiunt pmo cecitate p obſtinationē. et ſcdo igne ⁊ ſulphure p eternā damnationē. Apoc'. xxi. b. Pars illoꝝ in ſtagno ignis ⁊ ſulphuris. Dicit aūt ipſi loth p quē figurat iuſt⁹.

⁂ Noli reſpicere

cōtra vitā iuſti nullū repḣenſionis aditū inueniūt: percuſſi ce/citate quaſi domū circūeunt: qꝛ inuidentes facta ⁊ dicta pſcru/tant. Sed qꝛ de vita iuſti fortis ⁊ lau/dabilis actio vbiq̄ obuiat / errātes pa/rietē palpant. a ¶ Percuſſerūtq̄ cecitate. Augꝰ. Grece acriſia. i. aui/dentia / ſi poſſit dici: q̄ faciat nō videri: nō omīa ſed qđ nō eſt opus. Quō enī deficerent querēdo hoſtiū ſi cecitate ꝑ/cuſſi eſſent vt nihil viderent. Sua enī calamitate turbati / nihil vlterius req̄/rerent. Hac acriſia pcuſſi erāt: qui he/liçeū querebāt ⁊ qui chriſtū poſt reſur/rectionem cū ipſo ambulantes nō co/gnoſcebāt. b ¶ Egreſſus itaq̄ ⁊c.

Hiſtori. Hiero. In ſequentibus filie loth vir/gines fuiſſe legunt et ipſe ad ſodomi/tas dixit: Ecce due filie mee que nō co/gnouerunt virū ⁊c. Nūc aūt dicit ha/buiſſe generos. Sed quidā arbitrant eas que viros habuerunt / in ſodomis periſſe: ⁊ que ꝟgines erāt cū patre ex/iſſe. Sed hebꝛaica ꝟitas habet: Egreſ/ſus eſt loth ⁊ locutus eſt ad ſponſos q̄ accepturi erant filias eiꝰ. Virgines er/go filie necdū fuerant mr̄imonio copu/late.

Myſtice c ¶ Cūq̄ eſſet mane. Iſid. Loth frater abꝛaā iuſtus ⁊ hoſpitalis in ſodomis: ſignificat corpꝰ chriſti: qđ in oībus ſctīs inter impios gemit quo/rū factis nō cōſentit: ⁊ a quorū pmixti/one liberabit in fine ſeculi illis damna/tis ſupplicio ignis eťni. d ¶ In mō/te.

Moralit Stra. Mons altitudinē virtutū ſignificat / ad quam angelus hortatur: ſm illud Mat. xix. c. Si vis perfectus eſſe / vade et vende oīa que habes ⁊c.

Nota ppe/tuo. Qui ꝟo viderit ſe non poſſe cōſcende/re: melius eſt vt in ſegoꝛ. i. in paruula remaneat: cōtentus laicali ⁊ cōi vita q̄ montē virtutis arripiat: ⁊ ad ſecularia redeat. Virginitas altus mons eſt ad quā angelus hortat. Si quis videt ſe nō poſſe ꝯſcendere: maneat in ſegoꝛ. i. in legitimo cōiugio: qꝛ melius eſt me/diocri bono vti: q̄ ꝑ abꝛupta libidinis p̄cipitari. vn̄. i. Coꝛ. vij. a. Propť for/nicationē vnuſquiſq̄ vxorem habeat. Nec poſſum in monte. ſ. perturbatus nō credebat dn̄o / quē in angelis agno/ſcebat: ſicut pturbatꝰ filias ꝯſtituebat.

Allego. e ¶ Eſt ciuitas hec ⁊c. Iſid. So/doma interp̄tat cecitas: ⁊ exp̄mit mun/dana deſideria. Altitudo mōtiū ſpecu/latio pfectoꝝ. Sʒ qꝛ multi mūdi illece/bꝛas fugiūt: tn̄ in actione poſiti cōtem/plationis apicē ſubire nequeūt. Exiuit loth a ſodomis / ſed ad mōtana nō pue/nit. Vn̄ loth ait: Eſt ciuitas hec ⁊c. Iuxta dicit: ⁊ tn̄ ad ſalutē tuta: qꝛ acti/ua vita nec a mūdi curis ex toto diſcre/ta: nec a gaudio eťne ſalutiſ eſt aliena. f ¶ Ad quā poſ. ⁊c. Qui ad cōtēpla/tiuā aſcēdere nō ſufficiūt: ad actiuā vi/tā ꝯfugiūt in qua ſaluent.

Moralit Greg. moraľ. Arentē ſodomā fugere eſt incēdia carnis declinare. Altitudo montiū mū/di cōtēptus. Vel in mōte ſunt q̄ carna/li copule inherent: ſed niſi cura ſuſcipi/ende ꝓlis / nulla ſoluunt voluptate car/nis. Sed qꝛ multi carnis ſcelera deſe/rūt / nec tn̄ i ꝯiugio carnis poſiti: vſus ☞ ſolūmodo

a ſerūtq̄ oſtiū: ⁊ eos q̄ erāt foris ꝑ a
a ¶ auidentia.
cuſſerūt cecitate a mīmo vſq̄ ad
a ¶ ita vt in iuſto nihil repḣēſibile viderēt.
maximū / ita vt oſtiū inuenire nō
¶ cetera videbant.
poſſent. Dixerunt aūt ad loth: b
Habes hic tuoꝝ quēpiā generꝝ c
a ¶ familiares loth: merito eius poſſent ſal
aut filios aut filias? Omēs qui
uari ſi voluiſſent cū eo a malis longe fieri.
tui ſūt / educ de vꝛbe hac. Dele/
a ¶ quaſi plus valuit apud eos malū inoli/tum q̄ bonum inſolitum.
bimus enim locum iſtū / eō ꝙ in
creuerit clamoꝛ eorū coꝛam do/
mino qui miſit nos vt perdamꝰ
b illos. † Egreſſus itaq̄ loth / locu
tus eſt ad generos ſuos / q̄ acce/
pturi erant filias eius / et dixit:
Surgite / egredimi de loco iſto:
quia delebit dominus ciuitatē
a ¶ q̄s praue ꝯſuetudinis amoꝛ ligauerat.
hāc. Et viſus eſt eis q̄ſi ludens d
¶ qꝛ opus lucis eſt a malis recedere.
c loqui. Cūq̄ eēt mane / cogebāt e f
eū angeli / dicentes: Surge tolle
vxorē tuā ⁊ duas filias quas ha
bes: ne ⁊ tu pꝛiter pereas in ſcele
a ¶ qui aliquo affectu carnali maloꝝ con/ſortiū exire diſſimulant: crebꝛa bonoꝝ ad/monitione cogendi ſunt: ne bonos mores
re ciuitatis. † Diſſimulante illo g
coꝛrumpant exempla malorum.
apprehēderūt manū eiꝰ / ⁊ manū
vxoris ac duarū filiarū eius: eo
ꝙ parceret dominꝰ illi: ⁊ eduxe/
runt eum poſueruntq̄ extra ci/
uitatem: ibiq̄ locuti ſunt ad eū /
¶ ne redeas ad ſodomā.
dicentes: Salua animam tuā. h
a ¶ qꝛ nemo mittēs manū in aratrū ⁊ reſpi/ciens retro: aptus eſt regno dei. b ¶ Sicut
Noli reſpicere poſt tergum: nec i k
ſodomitica cetera fuge vitia.
ſtes in omī circa regione: ſed in l
¶ culmine virtutum.
monte ſaluum te fac / ne et tu ſi/
mul peas. Dixitq̄ loth ad eos: m
Queſo dn̄e mi: qꝛ iuenit ſeruus
tuus gratiā corā te: ⁊ magnifica
ſti gloriā ⁊ miſericordiam tuam /
quam feciſti mecum vt ſaluares
a ¶ necdū ſe pfectiōi virtutū idoneū ſentie/bat.
d animā meā: nec poſſum in mon/ n
a ¶ ſi cepero. ſ. que ferre non poſſum.
te ſaluari: ne forte apprehendat
a ¶ ſegoꝛ q̄ ſic vocata ē: ex q̄ loth dixit ē. c. p.
e me malum ⁊ moriar. Eſt ciuitas o
f † hec iuxta / ad quā poſſū fugere

# Nico. de lyra

✱ Cecitas

a ¶ Et eos ⁊c. Nō taliter ꝙ nihil vi/derēt: ſed qꝛ nō videbāt ea que quere/bant ⁊ volebāt videre: ⁊ vocat talis ce/citas acriſia: ab a quod eſt ſine ⁊ criſis qđ eſt iudicium: ⁊ tali/ter pcuſſi fuerunt illi qui querebant heliçeū: vt habetur. iiij. Reg. vj. b ¶ Dixerūt āt ad loth. Reuelātes ei ꝙ eſſent angeli miſſi ad deſtruendū ciuitatē ꝓpter ppľi iniqui/tatē. c ¶ Habes hic ⁊c. Ex hoc di/cūt hebꝛei ꝙ loth habebat duas filias maritatas in ciuitate: quarū filij hic fi/lij loth vocant. Sed hoc nō videt ve/rū: qꝛ. ſ. dicit ꝙ Loth iuit ad generos ſuos qui accepturi erāt filias ſuas / vt ſaluaret eos: ⁊ multo fortius ſi habuiſ/ſet in ciuitate filias maritatas ⁊ nepo/tes citius iuiſſet ad ſaluandū eos / cete/ra patent vſq̄ ibi: d ¶ Et viſus ⁊c. i. irriſorie. volebat enī dn̄s ꝙ perirēt cū alijs. per iſtos deſignant peruerſi ⁊ in pctīs obſtinati: qui qn̄ audiūt cōmi/nationes de diſtrictione iudicij futuri reputāt quaſi truphā. e ¶ Cūq̄ eēt mane. Tota enī nocte fuerat depca/tus in oꝛone ꝓ ppľi liberatōe. f ¶ Co/gebāt eū angeli. Volentes diuinū mandatū exequi. g ¶ Diſſimulāte illo ap. Quia ſemper retardabat que/rens miſericoꝛdiā dei ſup populū. Se/quitur: h ¶ Salua aīam tuam. Ac ſi dicerent: ſufficiat tibi ſaluare vi/tā tuā ⁊ illoꝝ qui tecū ſunt. i ¶ No/li reſpicere ⁊c. Per inoꝛdinatū affe/ctum ad ea que remanent in ciuitate: quia hoc eſſet contra diuinā iuſticiam quam tibi annūciauimus. k ¶ Nec ſtes ⁊c. Quia venerāt ad ſubuerten/dum cū ſodoma quattuoꝛ alias ciuita/tes / et etiam ſpacium intermedium. l ¶ Sed in monte ⁊c. Hebꝛei di/cunt: In monte. i. prope abꝛaam / eo ꝙ eius pꝛecibus loth ſaluabatur. Alij ex/poſitores dicūt: In monte propinquo ciuitati ſodome: quia dn̄s volebat de/ſtruere vallē in qua erant predicte ciui/tates. m ¶ Dixitq̄ loth ⁊c. Lʒ enī loqueretur duobus angelis: tamē di/rexit ſermonē ſuū ad illū qui venerat ad ſaluandū ipm̄. n ¶ Nec poſſum in monte ſaluari. ſm expoſitionem hebꝛeorū. In monte. i. prope abꝛaam qui tunc manebat in monte: magis ta/men remoto a ſodoma q̄ mons ille de quo loquunt alij expoſitores: timebat enim loth ſm expoſitionē hebꝛeorum ne ſi veniret iuxta abꝛaā qui erat ſan/ctus: eius imperfectio magis appare/ret ⁊ a deo puniretur: qui tamen de ſo/domis ſaluabatur in quorū cōparatio/ne iuſtus erat. ſimile habet. iij. Reg. xvij. b. de muliere ſareptana: que dixit ad heliā: Ingreſſus es ad me vt recor/darentur iniquitates mee: ⁊ interfice/res filiū meū. Alij expoſitores dicunt ꝙ loth dixit hoc eo ꝙ mons ille ꝓpin/quus erat ſodome: et timebat ne ſub/uerſa ciuitate mons rueret: vel quia erat ſenex timebat ne frigus ipſum ap/prehēderet ibi ⁊ infirmaretur: et ideo petit pro alio loco. o ¶ Eſt ciuitas hec ⁊c. Ac ſi dicat: modicus eſt ibi po/pulus: ⁊ ꝑ conſequens iniq̄tates eius nō ſunt tāte ſicut aliarū quattuoꝛ: pro/pter quod facilꝰ pōt parci illi ciuitati. ✱ Et ſaluaboꝛ

✱ i ¶ Noli reſpicere ⁊c. Quia dā/natis nō eſt cōpatiēdū: ſʒ magis de di/uina iuſticia cōgaudēdū. Ps. lviij. b. Letabit iuſtus cū viderit vindictam: manꝰ ſuas lauabit in ſanguine pctōris. Circa ſcđm ſcʒ ſalutē ipſius loth dicit. ✱ Aſcēdit aūt

† 4. re. 6. d 27. q. 2. c. egreſſus. et c. priuſq̄

† Sap. 10. a

Al's † locu/tꝰ ē dn̄s ad eū: Salua.

Al's † gloriam.

Al's † hic

ſolūmō debiti iura cōſeruāt. Exijt loth de ſodomis: ſ; nō mox ad montana puenit: q; damnabilis vita relinquit̄: ſed adhuc celſitudo cōiugalis ptinētie ſubtiliter nō tenet̄. Eſt in medio ſegor q̄ fugientē infirmū ſaluet: q; cū p incōtinentiā miſcent̄ cōiuges: lapſus ſcelerū fugiūt ꝛ cum venia ſaluant̄: ꝛ q̄ſi par uā ciuitatē inueniūt: in q̄ ab ignib⁹ defendunt̄: q; cōiugalis vita nō ꝟtutib⁹ mira eſt: ſed tm̄ a ſupplicijs ſecura: vn̄ Eſt ciuitas hec ꝛc̄. Vitā ſuā cōiuges: q̄ſi in parua ciuitate cuſtodiūt: qn̄ p ſe aſſiduis orōnib⁹ ītercedūt: vn̄ ad loth dicit̄: a ¶ Ecce etiā ī hoc ſuſce. p ces tu. q; cū deo orō fundit̄ talis vita cōiugij nō damnat̄: vn̄. j. Cor. vij. a. Nolite fraudare īuicē ꝛc̄. b ¶ Igit̄ dn̄s pluit ſu. ꝛc̄. Greg⁹. Sulphur: fetor carnis. Ignis ardor carnalis deſiderij/cum dn̄s carnis ſcelera punire decreuiſſet: q̄litate vltiōis īnotuit macula criminis. Sulphur ei fetet/ignis ardet/q̄ ergo ad pueſa deſideria carnis fetore arſerāt: iure ſulphure ꝛ igne perierūt/vt ex iuſta pena diſcerent: qd̄ iniuſto deſiderio feciſſent. ¶ Stra. Notandū q; p̄mos pctōres aqua diluuij exterminauit: q̄ ſil'r offenderāt deū pcupiſcētia carnis. Sodomite ꝟo grauiori ſupplicio ignis. ſ. ꝛ ſulphuris diluuio perierūt. Lic; enī illi mēſurā excederēt: q̄ſi naturalit̄ peccabāt. Iſti vero cōtra naturā: iō grauiſſimi ſupplicij exēplo dānati ſūt. c ¶ Uniuerſos habi. Alchu. Infantes cū parētibus in ſodomis cremati ſunt: vt poſſet aduerti impijſſimū facin⁹ ſodomitarū/ne de origine eoꝝ aliqd̄ remaneret veſtigiū. Et puiſum eſt illis/ne diu videntes ſequant̄ exēpla patrū: ꝛ leuius punirent̄. Parētes q̄; tam p ſe q̄ p eis rei ſunt. Mors enim filioꝝ: crimē eſt parentū. Ideo futuri ſunt accuſatores eorū. Eſt etiā q̄lecūq; bn̄ficiū nō reum eē q̄ gl'ioſus nō eſt. pdeſt enī pauperē nō eſſe: q̄ rex eſſe nō pōt. d ¶ Reſpicienſq; vxor ei⁹. Iſid. Uxor eoꝝ gen⁹ figurat q̄ gr̄a vocati retro aſpiciūt: et ad ea q̄ reliq̄rāt redire ptēdūt: de q̄b⁹ dr̄ Lu. ix. g. Nemo ponēſ manū ī aratro ꝛ reſpiciēs retro: aptus eſt regno dei. Iō phibet̄ illis retro aſpicere. In quo oſ̄dit̄ nō eſſe redeundū ad veterē vitā: his q̄ p gr̄am regenerati: ſi vltimū cupiūt euadere incēdiū: vxor retro ſpiciēs in ſalē verſa eſt: exemplū facta ſc; ꝛ cōdimentū vn̄ alij ſaliant̄: vn̄ xp̄s ait Luc. xvij. g. Mementote vxoris loth: vt nos. ſ. tanq̄ ſale cōdiret: ne negligētes eſſemus/ſed prudēter cauere mus. e ¶ Cū enī ſubuerteret. Innuit ſcriptura magiſ merit⁊ abrae deū liberaſſe loth: vt intelligam⁹ iuſtū ſeſſe dictū quodāmō. Maxime/ q; colebat vnū veruq; deū: ꝛ cōparatione ſodomorū: inter q̄s viuēs ad ſile ſcelus flecti nō potuit. f ¶ Recordat⁹ eſt a. Pat; meritis abrae loth fuiſſe liberatū quē ſcriptura appellat iuſtū. Et ſciēdū q; iuſtus erat/nō ſicut abraā: ſed cōparatiōe ſodomitarū. g ¶ Aſcēditq; ꝛc̄. Sic cōiugati de humilitate actiue: aliqn̄ aſcendūt ad altitudinē cōtemplatiue. ¶ Aſcēditq; loth de ſegor ꝛc̄. Hiero. Querit̄ cū primū montis fuge ſegor ptulerit: ꝛ eā in q̄ habitaret liberari voluerit. Surſus de ſegor ad montē trāſierit. Rn̄debim⁹ verā eſſe hebreoꝝ de ſegor cōiecturā: q frequēter terremotu obruta: p̄mū bale ꝛ poſt ſaliſa dicta ſit: timueritq; loth dicēs: Si ceteris ſtantibus iſta ſepe ſubuerſa eſt / q̄tomagis ī cōmuni ruina nō poterit liberari: ꝛ hanc occaſionē infidelitatis cauſam inceſtus fuiſſe. Qui enim ceteras

enī ceteras viderat ſubrui: ꝛ hanc ſtare ſeq; dei auxilio erutū de eo quod ſibi conceſſum audierat ambigere non debuit.

Margin: 23. q. 5. q̄d ſ. 1. q. 4. c. eccl'ia. §. itē dauid. 24. q. 3. §. ī pri. 32. q. 7. flagitia. 42. diſ. §. 1. De pe. diſ. 3. c. ſūt plures. §. auctas. de exceſ. p̄la. c. clerici.

Margin: Myſtice

Margin: † 40. diſ. c. q̄libet. 32. q. 4. c. dixit ſara.

Margin: Iuſticia loth.

Margin: Segor. Queſtio

a ¶ h eſt: nō ſufficit ībecillitati mee ad vitā.
parua/ ꝛ ſaluabor in ea. Nūq̄d a
non modica eſt et viuet anima
¶ Additio. vi. Dubia h̄ mota a poſtilB latore aliter pn̄t ſolui ⁊ forte magis ad ꝓpoſitū. Ad qđ ſciendū ꝙ cū hiſtorie veteris teſtamēti figuratiue fuerīt: oīa em̄ in figura ꝯtingebāt illʒ: vt. i. Cor. x. b. fiebat tn̄ h̄ duobꝰ modis. Prio. ſ. ꝙ cū illud qđ ſm̄ hiſtoriā ꝯtingebat tradebat̄ in ſcriptura iux̄ lr̄aʒ ad aliquā doctrinā exemplarē inde ſumēdā: ſʒ vlterius aliqd aliud p̄figurarēt in meliꝰ: ſicut ptʒ ꝺ īmolatiōe iſaac. ſ. xxij. ca. q̄ qdē īmolatio ſm̄ lr̄aʒ fuit ꝟtuoſa ⁊ valde exemplaris: cū p eā ad lr̄aʒ īſinuat̄ excellētia obediētie ⁊ timoris dei in ipo abraā q̄ cedit in exemplū ſalutifeꝝ alioꝝ: ſʒ paſſio chriſti p eā figurata eēt lōge melior: ⁊ in talibꝰ hiſtorijs p̄ter rōnē figuralē reqrēda ē rō lr̄alis. Scđo ꝟo mō illa q̄ ſm̄ hiſtoriā ꝯtingebāt tradunt̄ in ſcriptura ſolū ad figurandū futura: ſic cū Eſa. xx. a. legit̄ de Eſaia ꝙ incedebat tribꝰ annis nudus ⁊ diſcalciatꝰ: vt p̄figuraret ruinā egyptioꝝ ⁊ ethiopū futurā. Silr̄ Oſee. i. a. legit̄: ꝙ ꝓpheta accepit vxorē fornicariā: ⁊ fecit filios fornicationū: vt p̄figuraret ꝙ terra fornicatura eſſet a dn̄o. Et in talibꝰ hiſtorijs tota rō hiſtorie accipit̄ a re figurata: nec oportet qrere aliā rōnē lr̄alē. Finis em̄ total̄ taliū hiſtoriaꝝ ē nō id qđ ſunt: ſʒ id qđ figurāt. Rō aūt eoꝝ q̄ ſunt ad finē ſm̄ ph̄m aſſumēda ē ab ipo fine: nō em̄ qrēdūʒ ē an honeſte ſe habuerit Eſaias nudis pedibꝰ lōgis tp̄ibꝰ incedēdo: aut ſi licite ſe habuerit Oſeas filios fornicationū faciēdo: qꝛ illa iuſſu diuīo fuerūt facta ſolū ad figurandū. vn̄ in ꝓpoſito ſi geſta iacob cū eſau in ſuis p̄mordijs attēdant̄: manifeſtū ē ꝙ fuerūt inſtictu diuino facta ſolū ad figurandū. ꝙ em̄ collidebant̄ in vtero mr̄is puuli: nō fuit ſm̄ naturā intentūʒ: nec in ſcp̄tura narratū ad h̄ vt inde aliq doctrīa exēplaris ſumeret̄: ſʒ ſolū diuīo inſtictu factū fuit ⁊ in ſcp̄tura traditū: ad figurādū ꝙ due gētes ſeu duo ppl̄i diuiderent̄: vt ptʒ p diuinam declaratiōeʒ ibi factā. Silr̄ ꝙ mior frat̄ egrediēs ex vtero plātā fr̄is maioris teneret in manu: ſolū fuit factū ⁊ in ſcriptura narratū: vt figuraret ꝙ iacob ſupplātaturus erat fr̄is p̄matū: vn̄ geſta iſtoꝝ fratrū ad inuicē ſic cūʒ eſſent in vtero ⁊ cū ex vtero egrederent̄ fuerūt facta ⁊ ī ſcp̄turʒ tradita vt figuratiua tm̄: nō āt vt exēplaria vt iā dictū ē. Silr̄ tenēdū ē de qbuſdā q̄ ꝯtigerūt in eoꝝ ꝯuerſatiōe ad inuicē: tā in emptiōe p̄mogeniture q̄ʒ in receptiōe bn̄dictiōis. ſ. ꝙ ad figurandū tm̄ dn̄o diſponēte ꝯtigerūt ⁊ ſcp̄ta fuerāt. ⁊ iō nō ē in iſtʒ qrēda alia rō lr̄alis vtputa quō iacob petebat ſibi vēdi p̄mogenitură: cū reputaret qd ſacrū ⁊ hmōi q̄ in poſtilla qrunt̄. naʒ iſte hiſtorie habēt hn̄t rōnes figurales ſolū: nō aūt lr̄ales: vt dictū ē de p̄dictis hiſtorijs Eſaie ⁊ Oſee. vn̄ ex hocipo ꝙ facta iacob ſm̄ ſe ꝯſiderata in hoc loco videnṫ eſſe doloſa ⁊ iniuſta: ſumit̄ rō ꝙ fuerūt facta nō ꝓpter ſe: ſed ad figurandū. ⁊ h̄ eſt qđ dicit Glo. in hoc ca. ſup illud verbū: Erat iacob vir ſimplex ⁊c̄. Erat iacob C ſine dolo habitans in domo: vt magna ſit qſtio quō p dolū accepit bn̄dictionē q̄ erat ſine dolo: ſed ad figurandum aliqd magnū hec ſcriptura p̄miſit. hec ī Glo. Que āt iſte hiſtorie figuraſſent tradūt doctores: ſpālit̄ Iſiđ. ī li. ety. vbi đr ꝙ eſau p̄mogenita ſua ꝓpt̄ eſcā fratri ſuo miori vēdidit: ac poſtmodū p̄rna bn̄dictiōe ſibi ꝓmiſſa p̄uatus ē: ſignat eundē ppl̄m iſraeliticū: q̄ a deo vt liber Exodus narrat priogenitꝰ filius nūcupatus eſt: qꝛ etiā ꝓpt̄ pn̄tis ſeculi lucra nō ſolū primatus ſui honorē amiſit: veꝝ etiā ⁊ regni celeſtis p̄miū p̄paratum adipiſci nō meruerit: dn̄o qdāmō exprobrāte cū dic̄ Mat. xxi. d. Auferet̄ a vobis regnū dei ⁊ dabit̄ gēti faciēti volūtatē eiꝰ ⁊c̄. hec Iſiđ. Si aūt ꝯ hoc dicat̄ ꝙ hec expoſitio Iſi. ⁊ alie ſil̄es q̄ in h̄ loco tradunt̄ a doctoribꝰ ſunt allegorice nō aūt lr̄ales: ⁊ iō nō faciunt ad ꝓpoſitū: nā in hac poſtilla principalit̄ agit̄ de ſenſu lr̄ali. Dicendū ꝙ veꝝ ē ꝙ ſenſus lr̄alis pn̄tis hiſtorie eſt: cū lr̄a ſimpl̄r exponit̄: q̄ ꝓprie đr ſenſus hiſtoricus. expoſitio aūt Iſido. ſupradicta eſt redditiua cauſe ipius ſenſus lr̄alis. ⁊ ſic ptinet māifeſte ad ſenſum lr̄alem: q̄ p eā elucidat̄ ſm̄ Augʒ. in li. de vti. cre. ꝑut largius fuit oſn̄um. ſ. in additiōe ſup ꝓlogū ar. iij. ⁊ qꝛ ea q̄ h̄ tradunt̄ in hiſtoria ſolū fuerūt facta ad figurandū vt dictū ē: idcirco nō ē ibi alia rō p̄ter figuralē qrēda. vn̄ ſm̄ ſanctū Tho. in p̄ma ſcđe. q. ciij. ar. ij. in rn̄ſiōe ad. ij. ar. d. ꝙ ſi cerimonialia p̄cepta ve. le. eſſent data ad figurādū futura: nō haberēt aliā cām ſeu rōnē p̄ter figuralē. Sʒ forte diceret q̄s p̄dicta eſſe ꝯ ſn̄iam apl̄i: q̄ ꝓphanū eſau vocat ex h̄ ꝙ ꝓpter vnā eſcā vendidit p̄mogenita: ad Heb. xij. d. Ex q̄ ptʒ ꝙ eſau vituperandus fuit ꝓpt̄ illā venditionē: qđ nō videt̄ rōnabile ſm̄ hāc expoſitionem. nā ſicut iacob excuſat̄ a dolo ⁊ hmōi: ex hoc ꝙ iſta faciebat inſtinctu diuino ad figurandum: eo modo videt̄ excuſandus eſau de venditiōe ſtulta ſeu ꝓphana quā fecit: eo ꝙ venditio ſua etiam erat figuratiua. Ad hoc dicendū ꝙ venditio eſau etiam ſi fuerit figuratiua: ꝓceſſit tn̄ ex praua intentione. ſ. ex ꝯtemptu doni ſpūalis diuini. ſ. p̄mogeniture: qđ donū habuit a deo in ſua natiuitate: ⁊ h̄ inſinuat̄ cū ſequit̄: Abijt puipendēs. i. ꝯtēnens D ꝙ p̄mogenita vēdidiſſet: ex q̄ actus eius reddit̄ vitioſus ⁊ vituperādus. Emptiōeʒ aūt primogeniture ab ipo iacob p̄ſumendū eſt nō eſſe factā ex praua intentiōe: ſʒ potius inſtictu diuīo. deus em̄ ipm̄ p̄elegerat adhuc ī vtero exiſtētē. vt ptʒ ex h̄ qđ. ſ. đr: Maior ſeruiet miori. ſilr̄ ex hoc qđ đr Malach. i. a. Iacob dilexi: eſau ꝟo odio habui: vn̄ in emēdo primogeniturā etiā excuſabat̄: eo ꝙ vexationē ſuā redimebat. ¶ In eodem capl̄o xxv. vbi dicit̄ in poſtilla: Si autem contra hoc ⁊c̄.

¶ Additio. vij. Si illa eſca non fuit in precij q̄ʒtitatem: ſed ſolum cauſa motiua ad tractādum de venditione. ⁊ fuit inter illos alia q̄ʒtitas ꝯueniens in p̄cium: vt poſtillator videt̄ dicere: tunc nō eſt dicendus ꝓphanus eſau ꝓpter illā eſcā quā accepit: cum ſepe ꝯtingit etiam inter viros prudentes ꝙ ex aliq modica cauſa introductiua incipiunt tractare magnos tractatus: vnde verba apoſtoli intelligenda ſunt ꝑut ſonāt: et dictis ſanctorum in hoc loco ꝯſonant.

**Replica** correctorij ꝯ Burgē. In ca. xxv. Burgē. mlʒta tāgit: qdā ꝯſona: qdā diſſona: nō tn̄ p oīa ponderoſa nec ptractatiōe digna vſqꝫ ad locū illū vbi poſtillator diſputat de ēptiōe ⁊ ꝯctibꝰ int̄ iacob ⁊ eſau: vbi Burgē. rep̄hendit poſtillatorē volēs melius ſoluere dubia mota: dicens finaliter ꝙ in ꝓpoſito nō eſt qrēda rō lr̄alis: qꝛ rōnes omnium dubioꝝ hic motoꝝ tm̄ figurales ſunt: ⁊ ponit exemplū ꝺ Eſaia ⁊ Oſee: vide qꝛ digreſſio eſt lōga: ſʒ penſatis his q̄ Burgen̄. ponit in rn̄ſione ad ſeptimū argumentum ſui ꝓlogi: apparebit eū fruſtra laboraſſe in ꝓpoſito. ibi em̄ exponens dictum beati Grego. in moral̄. videlicet: Cū ordo hiſtorie deficit: ſeſe nobis ītellectus myſticus qſi aptʒ iā foribus oſn̄dit. Dic̄ Burgen̄. ꝙ hiſtoriā deficere ſm̄ ſignificatiōeʒ vocū ꝯtingit multipliciter in pabolicis locutiōibꝰ: ſic̄ cū đr de dei digito: brachio ⁊ ceterʒ q̄ in deo nō ſunt: ꝑut termini cōiter ſignificāt. Item qn̄ ſignificatio vocū nō inducit in fide ⁊ moribus aliquā vtilitatē neqꝫ honeſtatē ꝯuerſatiōis hūane: ſed ſpeciem mali: ſic inquit: Deficiēte hiſtoria recurrendū eſt ad ſenſum ſpūalem q̄ tūc ꝓ lr̄ali accipi debet. Ad idē eſt btūs Augꝰ. xi. ſup Gen̄. in p̄cipio dicēs: Si in verbis dei vel cuiuſcūqꝫ pſone in officium ꝓpheticum aſſumpte dicit̄ aliquid quod nō niſi abſurde ad lr̄am poteſt intelligi: proculdubio figuratiue eſſe dictum ob aliam ſignificationem accipi debet: hec Aug⁹. dans intelligere ꝙ vbi non eſt irrōnabile: nec

Duobꝰ modis figuratiue ſcriptura loquitur

Phus.

E irrõnabile/nec abſurdū:primū oīm innitendū eſt lr̃e ante re
curſum ad allegoriā:vt dicit idē beatꝰ Augꝰ.ſupra ſup Geñ.
in ꝑncipio. Nūc aūt in ſancto iacob de quo ſermo:nihil ē ab
ſurdū nec irrõnabile:imo ſi alicui poſſet videri q̄d illiciti cõ/
miſſum in facto:poſtillator ꝑ dubioꝝ motoꝝ ſolutionē ad in/
tētionē ſanctoꝝ doctoꝝ elucidat ⁊ abſoluit. Nõ igiť h̄ paſſus
eſt ſolū figuralis:vt vult Burgē.ſ; etiā doctrialis: docemur
enī donū dei diſpoſitione collatū nobis vel ꝓmiſſum negli/
gere nõ deberi:ſ; oī conatu ad ipm tēdere/⁊ habito bñ vti:ſi/
cut iacob ꝑmogenituram:ad quaꝫ ꝑ deū p̄deſtinatꝰ ⁊ electꝰ an/
teꝗ̃ natꝰ eſt vt pꝫ Malach.i.a.et ad Ro.ix.c. Silr ⁊ de bñ
dictiõe pr̃is eadē rõne ſibi debita dicēdū ē:⁊ mirū ꝙ Burgē.
dicit ea figuralia tm̃:cū etiā in eadē ſua digreſſione dicat ſup/
plātationē q̄ iacob eſau ſupplātauit eē figuratā:in eo ꝙ ī vte/
ro egrediēs plātā eſau manutenebat: nõ igiť hec facta iacob
ſūt tm̃ vt dicit figuralia ſ; etiā figurata:vt ipſe ſubdit ſibiipſi
ↄtradicēs:q̄ꝺ etiā ex ſuis exēplis patere põt. Adducit enī fa/
ctū abrae ī imolatiõe iſaac:dicēs illud lr̃aliter eſſe ītelligēdū
de cõmēdatiõe eiꝰ obediētie:⁊ doctrinaliť de imitatione eiuſ
dē. Adducit deinde factū Eſaie quõ nudꝰ inceſſit:q̄ꝺ dicit tm̄
eſſe figurale:cū tñ ſit factū obedientie:vt dicit beatꝰ Hiero.
⁊ poniť in Glo.ordi. Mira inquit obedientia ꝓp̄he ſolo cili/
tio induebať vir nobiliſſimꝰ:cuiꝰ filiā vt tradūt hebrei Ma/
naſſes rex accepit vxorē/nõ tñ erubuit nudus īcedere:nil ho/
neſtiꝰ iudicās ꝗ̃ p̄ceptꝭ diuinis obedire:ex q̄bus pꝫ ꝙ vbi fa
cta ꝓcedūt ex diuinis p̄ceptꝭ ⁊ inſtinctibꝰ nõ eē ſolū figuralia
ſ; etiā cõmēdabilia ⁊ doctrialia:⁊ ſicut ex medio Burg.oſtē/
diť factū abrae nõ ſolū figurale:ſ; etiā doctriale: ita ex auctē
beati Hiero.idē mediū ponētis ī facto Eſaie:rõ deduciť con
tra Burgeñ. Silr põt dici de ſcđo exēplo ꝑ Burgē.adducto
de Oſee faciente filios fornicationū:ꝙ q2 p̄ceptū dei fuit obe
dientie debite bonū:excuſat ſiq̄d abſurde ſonare videť:ac ⁊ ī
facto abrae. Quid enī abſurdius ⁊ magꝭ horrendū ꝗ̃ occide
re ꝓpriū filiū: ſ; ſicut eiꝰ obedientia factū reddit laudabile et
doctrinale:ita ⁊ alioꝝ ꝑ Bur.adductoꝝ.pꝫ igiť quõ ſe decla
rādo ſniās inuoluit. Reuera ſicut Burg.dicit facta iacob de
q̄bus ē ſermo ſm ſe ↄſiderata videri doloſa ⁊ iniuſta:ita de/
buit dicere de facto abrae ſm ſe ↄſiderata:videlꝫ occiſione fi
lij:ſ; vbi acceſſit dei mādatū horrēdū ſm ſe ⁊ naturaliť factū
eſt nedū licitū/ſ; cõmēdabile:ita in factꝭ iacob vbi acceſſit di/
uinꝰ inſtinctꝰ factꝰ ⁊ iacob ⁊ rebecce mr̃i ſue ſm doctorū ſan/
ctorū ſniam:imo ⁊ iſaac ſenſit inſtinctū eūdē: vt dicit beatus
Augꝰ.xvi.de ciuitate dei.ca.xxxvij.cum inquit: Iſaac vnū ꝓ
alio bñdixiſſe nõ ſe fore deceptū cõqueſtꝰ ē:ſ; cõfeſtim reuela
to ſibi magno myſterio in corde deuitat indignationē ⁊ bene
dictionē cõfirmat:hec Augꝰ. Quibꝰ inſtinctibꝰ ⁊ reuelatio/
nibus diuinis id q̄ꝺ ſm ſe videť doloſum/ efficiť laudabile: G
nec Burgē. ꝓbat ſuū ꝓpoſitū ꝑ Glo. Illa enī mouēdo q̄ſtio/
nē ſoluit ꝑ figurationē ſed nõ addit tm̄:quaſi excludere velit
ſenſum verū lr̃alē: ꝓut Burg.facit:ſ; q̄ꝺ adducit Iſiđ.eſt ve
rū ꝙ eſt allegoria:ſ; nõ excludēs lr̃alē ſenſum primū. Qꝛ aūt
addit expoſitionē Iſiđ.eſſe cauſe redditiuā:nõ videť verum:
nā ſi recte pēſēť verba Iſiđ.nõ exponit vt reddat cām: ſed ꝑ
allegoriā oſtēdit p̄ſentē lr̃aꝫ allegorie ſue fore figurā: ⁊ ſic eiꝰ
expoſitio eſt potiꝰ declaratiua effectꝰ ꝗ̃ redditiua cauſe: ꝑ cõ/
ſequēs nõ ꝑtinet ad ſenſū lr̃alē/ſ; allegoricū. Nec põt Bur/
geñ.ꝓbare intentū ꝑ ſanctū Tho.ꝑ ſe allegatū:q2 ꝓcedit ꝑ
hypoteſim q̄ nõ cõcediť:ex hypoteſi enī falſa nõ eſt incõueni/ Hypoteſis falſa
ens multa ſeq̄ incõuenientia:vt ſi celū caderet vel aſinꝰ habe
ret pēnas:ita ſupponit ſanctꝰ Tho.vt pꝫ.vnde poſt totā di
greſſionē Burg.veritate cõpellēte arguit ↄ̄ ſe et bene:ſ; non
ſoluit ſufficiēter argumētū ſuū:q2 ſicut ī his ꝑ iacob ⁊ eſau ge
ſtis: Eſau ad lr̃am ꝓpē ↄtēptū ē rep̄hēſibilis vt arguit Bur/
geñ.ita iacob ꝓpter obedientiā ad diuinos inſtinctꝰ laudabi
lis eſt ꝓut etiā Burgē.rõne ⁊ veritate cõpulſus fateť: qñ ī fi
ne digreſſionīs etiā verbis vtiť poſtillatoris q̄ priꝰ improba/
uit:⁊ beatꝰ Augꝰ.iij.de doctri.chriſtiana dicit ad ꝓpoſituꝫ in
p̄ceptis dei q̄ bonū iubēt:⁊ malū vetāt nulla figuratiua locu/
tio eſt:ſ; vbi p̄cipiť q̄ꝺ malū videť figura neceſſaria eſt:cū igi
tur occiſio filij abrae mādata mala videať:imo ſit ſm ſe ↄſide
rata:igiť figuratiua locutio ē: ītellige h̄ ſic alibi:ꝙ ſit figura/
tiua ꝑ allegoriā:lr̃ali tñ ſenſu de p̄ceptoꝝ materia ⁊ obedien
tia ſemꝑ ſaluo:vt cõmēdabili et imitabili intercedēte diuino
p̄cepto ⁊ excuſante:⁊ nõ alias:vt vult beatꝰ Augꝰ.vbi ſupra.
¶ Itē in eodē ca.vbi poſtillator dicit eſau iuxta dictū apl̄i ꝓ/
phanū ꝓpter vnā eſcā:vt li ꝓpter nõ notat p̄ciū vel p̄cij ꝗ̃tita
tē:ſ; ſolū cauſam motiuā. Cuiꝰ ↄ̄riū dicit Burgē.aſſerens ꝙ
ex cauſa motiua nõ debuit dici ꝓphanꝰ:excludēs ꝙ dictū apl̄i
intelligi debeat ꝓut ſonat ex dictis ſanctoꝝ. Reſpõdeo ğ ꝙ
magiſter in Glo.ſuꝑ illo verbo apl̄i ſctõꝝ dicta recolligēs di/
cit: Qꝛ eſau ꝓphanꝰ đr a ꝓcul ⁊ phano:q2 ꝓpter eſcā vilē ſe fe
cit ꝓcul a dei cultu:q̄ ꝑncipaliter ad ſacerdotiū ꝑtinet:q̄ꝺ vſq;
ad tp̄a aaron fuit annexū primogeniture:quā ipe eſau parui/
pēdebat vēdēs primogenita ſua:nõ ꝓ vna eſca tāꝗ̃ ꝓ p̄cio:
ſed ꝓpter vnā eſcā q̄ cauſa motiua fuit ad cõtractū faciēdū: et
ſic videť poſtillator iuxta verba Apoſtoli ⁊ dicta ſāctoꝝ mul
tū ꝓprie loqui:q2 ꝑ li ꝓpter nõ exprimitur ꝓprie p̄ciū rei vena
lis:ſed per li pro.inter contrahentes enī ꝓprie diciť: pro quā
to dabis:et reſpondeť pro tanto p̄cio. Sed cū dicitur ꝓpter
quid vis emere vel vendere:reſpõdeť ꝓprie ꝓpter vtilitatē
vel neceſſitatem que eſt ꝓprie cauſa motiua:⁊ non precij vel
eius quātitatis expreſſiua.

## Glo. ordi.

Orta aūt fa. Ca. XXVII Augꝰ. Queriť qñ h̄ factuꝫ
fuerit ꝙ iſaac abijt in gera/
ra:vtrū poſtea ꝗ̃ eſau ꝑmogenita
vēdidit:hec enī ↄtinue narrāť: an
vt fieri ſolet ꝑ recapitulationē nar
rator reuerſus ſit ad ea cum ꝓgreſ
ſus de filijs eiꝰ ad eū locū ꝑueniſſet
q̄ de lēticula memoratꝰ ē. Inueniť
q̄ppe abimelech:q̄ etiā ſarā cõcupi
uerat. Ipſiꝰ enī paranymphus et
ꝑnceps militie:q̄ ibi memorati ſūt
etiā hic memorāť. Mouet aūt vtꝝ
viuere potuerint: qñ enī factꝰ fuit
amicus abrae nõdū natꝰ eſt iſaac/
ſ; ꝓmiſſus. Ponamꝰ aūt anꝗ̃ na/
ſcereť iſaac illud fuiſſe factuꝫ:dein/
de iſaac ſuſcepit filios cū eēt anno/
rū.lx. Illi aūt iuuenes erāt qñ eſau
vēdidit primogenita:ponamꝰ etiā
circa.xx.annos fuiſſe: ⁊ fiant anni
iſaac vſq; ad illud factū filiorū eius
circa.lxxx. adoleſcentē quoq; acci/
piamꝰ fuiſſe abimelech:qñ matrē eiꝰ cõcupiuit:⁊ abrae
amicꝰ factus eſt:potuit ergo eē quaſi centenariꝰ:ſi poſt
illud factū filiorū perrexit in gerara. Ex hoc ergo nõ co
git neceſſitas putare ꝑ recapitulationē narratā eē iſa/
ac ꝓfectionem. Sed q2 ibi ſcribiť diu fuiſſe:puteos fo/
diſſe:⁊ de his contēdiſſe:ditatū eſſe pecunia:nimirum
ſi recapitulando dictū eſt:q̄ꝺ ideo fuerat p̄termiſſuꝫ vt
primū de filijs

a ¶ refutāte iudea v̄bum euāge/
lij:panem verbi dei:ſicut ante ꝓ/
phetica oracula.

Orta aūt fa. Ca. XXVI a
me ſuꝑ terrā poſt eā ſterilitatem q̄
a ¶ chriſtꝰ ad gētes q̄ ꝑ naturalē rõnē crede
bāť verū cõditorē quē ſignificat baimelech
qui interp̄tať pater meus rex.
acciderat ī diebꝰ abraā: abijt iſa/ †
ac ad abimelech regeꝫ paleſtinoꝝ
a ¶ que interp̄tať paries vel maceria: vt de/
ſtrueret parietē inimicitiarum.
in gerāra. Apparuitq; ei dñs et †
a ¶ ve q̄ deſcēdūt in egyptū ꝓpter auxiliuꝫ.
ait: Ne deſcēdas in egyptū:ſ; q̄e/
a ¶ quaſi in loco iſto peregrinꝰ eſto:queꝫ in
ſucceſſoribus poſſeſſurus es vt dominus.
ſce in terra quā dixero tibi: ⁊ pere
grinare in ea:eroq; tecū ⁊ bñdicā

## Nico. de lyra

Orta aūt fame. Ca. XXVI H
Deſcripta generatiõe ꝓlis. Hic Diuiſio
cõſequēter deſcribiť ꝓbatio pa/
tris.⁊ primo reſpectu gentis aliene. ſe
cūdo reſpectu familie ꝓprie:in fine huiꝰ
ca. Eſau vero. Adhuc ꝑmo ꝓbať in ad/
uerſis.ſcđo in ꝓſperis/ibi: Seminauit
aūt iſaac. Adhuc primo ꝓbať ī euētu fa/
mis.ſcđo ex metu ꝓprie vxoris/ibi: Qui
cū interrogareť. Circa primū cõſideran
dū ꝙ iſaac habebat magnā familiā ⁊ pe
cora:⁊ ideo ex fame orta imminebat ſibi
ꝑiculū:niſi trāſferret ſe ad regionē abū/
dantem:cu/

Moraliter. a ¶ Orta autē fame. Moraliť
In hoc ca.agiť de ꝑegrinatiõe iſaac ī ge
raris. Circa quā ſciēdū ꝙ licet multi p̄la/
ti curati ⁊ clerici ſeclares ⁊ religioſi poſ/
ſeſſiões habētes ſint bñ lr̃ati ⁊ ad p̄dicā
dū apti q2 tñ ſūt negotijs alijs multiplici
ter occupati.iõ nõ poſſūt h̄ facere ꝗ̃tum
expedit fideliū ſaluti dicēte dño. Lu.x.a
Meſſis q̄dē multa operarij aut pauci: ro/
gate igiť dñm meſſis vt mittat operarios ī meſſem ſuā: ꝓpē q̄ꝺ dñs mi
ſit paupes religioſos a t̄renis expeditos: ⁊ ꝑ ↄ̄ns ꝗ̃tū ad h̄ ad diſcur
rēdū ꝓ p̄dicatiõe magꝭ aptos: ⁊ iſti ſignificanť ꝑ iſaac.de quo đr:
a ¶ Orta aūt fa.nõ panis materialꝭ ſ; ſp̄ualis videlꝫ audiēdi v̄bū
dñi: vt đr Amos.viij.d. † ¶ Abijt iſaac.i.pauꝑ p̄dicator ad p̄di
cādū. † ¶ Apparuitq; ei dñs ⁊c.i egyptū.i.ad pplm in infide
litate obſtiatū. Matth.vij.a. Nolite ſctm dare canibꝰ ⁊c. Sequiť.
Manſit itaq;

A primū de filijs vſq3 ad lēticulā narratio pueniret: ideo quod ſcriptū eſt de iſaac: bñdixit eū deus ⁊ exaltatus eſt hō ⁊c. ſm terrenā felicitatē dictū eſſe ſequētia docēt: ꝗꝗ ȝ aliqd ſpūale iſta ſignificēt: ſm id tñ ſm qđ ptigerūt pmiſſum ē: bñdixit eū deus: vt intelligamus tpalia: nec dari poſſe/ nec pſperari debere niſi ab vno deo. a ¶ Cūq3 ptraſiſſent ⁊c. Iſid. A tpe xpi vſq3 ad Cōſtātini tpa nō in cōuētu pploꝝ: ſed tāq3 p latebras pdicabať fides/ ī ſecreto cōgregabanť chriſtiāi: tādē vidētes pncipes ſeculi p miracula chriſti maieſtatē ptēpatā hūane īfirmitati: vt poſſint ſociari/ ⁊ eē duo ī carne vna: iā in māifeſto chriſti ⁊ ecclie ſacrm pdicare pmiſerūt: ⁊ diu fuiſſe abſcōditū doluerūt. b ¶ Vidit eū iocā. ⁊c. Aug⁹. Quid ſibi velit ī ſacro chriſti ⁊ ecclie: ꝙ tāt⁹ pñarcha cū ɔiuge luſerit/ vñ cōiugiū ſit cognitū. videat pfecto qſq3 ne aliqd in ecclia narrādo peccet: ſi ſecretū viri ei⁹ in ſcptur ītueať: ⁊ īuenit eū maieſtatē q eqlis ē pri/ pauliſp abſcōdiſſe ī forma ſuili: vt ei⁹ capax eſſe poſſet hūana īfirmitas: eoq3 mō ſe cōiugi ɔgruū aptaret. qd em̄ abſurdū imo qd pnūciatiōi futuroꝝ incōgruū: ſi xpha carnale aliqd luſit/ vt eū capet affectus vxoris: cū vbū dei caro factū ſit/ vt habitaret in nob. c ¶ Seminauit autē iſaac in ter. ⁊c. Hiero. Licet in aliena terra ſeminauerit iſaac: nō puto ꝙ tāta ei hordei fertilitas fuerit. Vñ melius arbitror qđ hr̄ in hebreo ⁊ qđ Aqla trāſtulit. Inuenit in illo āno centuplū eſtimatū. tacēs aūt ſcptura genus frugū qđ cētuplicauerit: videť cūctaꝝ in illo oñdiſſe ɔtutū multiplicationē.

Ob hoc inui.

B ¶ Nico. de lyra

dantē: cuiuſmōi tūc erat terra egypti. ⁊ iō voluit ſe trāſferre ibi: verūtñ qꝛ de⁹ ſibi īhibuit: ɔfidēs de deo ⁊ volēs ſibi obedire/ in terra ītermedia remāſit. ⁊ ptȝ lr̄a vſq3 ibi: a ¶ Et bñdicenť in ſemine tuo oēs gē. ter. Qđ exponūt hebrei ſic: qñ aliqs imp̄cabiť bonū alicui dicet: Faciat tibi deus ſicut fecit iſaac. Catholici aūt meli⁹ exponūt de chriſto q deſcēdit de iſaac ſm carnē: in quo oēs gētes terre cōſequunť bñdictionē: ſicut. ſ. expoſitū ē. b ¶ Eo ꝙ obedierit abraam voci mee. Hoc addiť ne crederet iſaac ſimpliciť pfectior iṗo abraā. ideo in pmiſſiōe ſibi facta fit mēoria de iuſticia ipſius abrae. c ¶ Et cuſtodierit p̄cepta ⁊ mādata mea. Iſta ſunt q ſūt de dictamīe rōnis recte: ⁊ ſeruāda etiam ſi nulla lex eēt de h̄ poſita: ſicut reddere depoſitū iṗi deponenti ⁊ ſimilia. d ¶ Et cerimonias. Iſta ſunt q ptinent ad modū colēdi deum. e ¶ Legeſq3 ſeruauerit. Iſta ſunt q nō obligāt: niſi qꝛ ſunt a deo vel hoīe inſtituta vel p̄cepta. Et ex iſtis ptȝ ꝙ añ legē moyſi datā plura fuerūt obſeruata de illis q tempe moyſi fuerūt ſcripta. f ¶ Māſit itaq3 iſaac in geraris. Ex p̄cepto diuīo. noluit em̄ ꝙ deſcēderet in egyptū. Cāȝ aūt huius dicūt hebrei: qꝛ iſaac vt. ſ. dictū ē. xxij. c. fuerat dño ɔſecratus qñ fuerat oblat⁹ in mōte: ⁊ ideo nō erat decēs ꝙ exiret terrā pmiſſiōis/ ⁊ ideo remāſit in gerar: qꝛ tota paleſtina cōtineť infra termīos terre pmiſſiōis. g ¶ Qui cū iterrogareť. Hic ɔñr poniť pbatio iſaac in metu rōne vxoris: celās prudēter veritatē/ abſq3 tñ falſitate dicēs eā ſororē ſuā eē. ⁊ eodē mō exponať

¶ Quod completū eſt in gētilitate ſpūaliter poſt aſcenſionē chriſti.

tibi. Tibi eni ⁊ ſemini tuo dabo vniuerſas regiōes has: cōplēs iuramētū qđ ſpopōdi abraā patri tuo: ⁊ multiplicabo ſemē tuū ſic ſtellas celi: Daboq3 poſteri tuis vniuerſas regiōes has: ⁊ bñdicēť a

a ¶ Ano qđ eſt chriſtus. b ¶ aliq de omnibus gentibus.

in ſemiē tuo oēs gentes terre: eo b ꝙ obedierit abraā voci mee: ⁊ cu c ſtodierit p̄cepta ⁊ mādata mea ⁊ d cerimōias legeſq3 ſuauerit. Mā e f

a ¶ Adhuc deſtruit chriſtus parietē inimicitiaꝝ p p̄dicatores.

ſit itaq3 iſaac i gerar. Qui cū in g terrogareť a viri loci illi⁹ ſup vxo

¶ vñ Heredes qdē dei: coheredes aūt chriſti: Rom. viij. c. a ¶ Sic mlti diſcipuli occulti in pmitiua ecclia ppť metū iudeoꝝ.

re ſua/ rñdit: Soror mea ēſt. Ti † muerat eñ ɔfiteri ꝙ ſibi eēt ſoci

a ¶ Ne delerent nomē chriſtianū propter infidelitatem.

ata ɔiugio: reputās ne forte inťficerent eū ppť illi⁹ pulchritudi a nē. Cūq3 ptrāſiſſent dies pluri b mi/ ⁊ ibidē morareť/ pſpiciēs abi i melech paleſtioꝝ rex p feneſtrā: b vidit eū iocantē cū rebecca vxo re ſua: Et accerſito/ ait: Perſpi k

a ¶ hec īuectio ē qſi p̄dicādi facta pmiſſio.

cuū ē ꝙ vxor tua ſit: Cur mētit⁹ l es eā ſororē tuā eſſe: Rñdit: Timui ne morerer ppter eā. Dixit

a ¶ Tā periculoſiu3 onus. ¶ Id eſt decepiſti: vnde impoſitores.

q3 abimelech: Quare ipoſuiſti m

a ¶ aliq violētia ſimplicitatē fidei corrūpe.

nobis: Potuit coire qſpiā d po † pulo cū vxore tua: ⁊ iduxeras ſu †

a ¶ data pace ecclie decretū ē a pncipib⁹ vt nullus integritatē fidei violaret.

per nos grāde pctm̄. Precēpit q3 oī pplo/ dicēs: Qui tetigerit † hoīs hui⁹ vxorē: morte morieť. †

¶ vel ſeuit. ¶ Publice p̄dicauit per ſuos a ¶ Chriſtus. b ¶ In gentilitate.

c Semiauit aūt iſaac in terra illa: n

a ¶ tpe īpetrate pacis. b ¶ Magnū celeſtis patrie lucrum.

et inuenit in iṗo anno cētuplū. o

a ¶ Multiplicatus eſt nūerus credentiū.

Bñdixitq3 ei dñs ⁊ locupleta †

C mō exponať ſicut dictū pris ſui de ſara: vt. ſ. dictum eſt. xx. ca. h ¶ Cūq3 ptranſiſſent dies ⁊c. Ex h̄ videť ꝙ ſe habuit ad vxorē ſicut ad ſororē ɔtinēdo ab ea: quſq3 exptus fuit ꝙ ppť ei⁹ pulchritudinē nō moleſtabāt eā: ⁊ tūc rediit ad exercēdū actum ɔiugalē. Ideo ſequiť: i ¶ Proſpiciēs abi. ⁊c. i. reddentem debitū vxori. dictio em̄ hebraica q h̄ poniť equoca ē ad ludū ⁊ ad coituȝ: vt. ſ. dictū eſt. xxi. ca. Et ꝙ h̄ debeat accipi in ſcđo ſenſu: videť p illud quod ſubdiť: k ¶ Perſpicuū eſt ꝙ vxor tua ſit. Alij vo dicūt ꝙ vidit eū āplexantē vel oſculātē rebeccā: qđ nō faciebāt viri niſi cū vxorib⁹ pprijs. l ¶ Cur mentitus ⁊c. Nō ē mētitus: qꝛ de cognatione ſua erat: vt ptȝ ex p̄dictis d pre ſuo. m ¶ Quare ipoſuiſti nobis. Imponere in vna ſignificatiōe idē ē qđ decipe: ⁊ tūc cōſtruiť cū datiuo: ⁊ ſic accipiť h̄: ⁊ eius ſupinū ē impoſitū: ſed aliqñ ſyncopať/ ⁊ diciť impoſtū: ⁊ inde diciť impoſtor. i. deceptor. cetera patent. n ¶ Semiauit aūt iſaac. Hic pbať tpe pſpitatis: qꝛ ex hoc inuidiā inſurgētem ɔ eū ⁊ iniuriā patiēter tolerauit. et ptȝ lr̄a exceptis paucis vbis. o ¶ Et inuenit ⁊c. Ad oñdendū ꝙ fuit ex ſpāli dono dei: qꝛ ille ānus nō fuit fertiliſ: ad qđ denotādum ſignāter diciť in iṗo anno: Recede a nob: qm̄ potētior nr̄i factus es. ac ſi diceret: ſi tu rebellares/ tu poſſes a nobis auferre ciuitatē: vl' ſi venirēt aduerſarij poſſes te illis ɔiūgere/ ⁊ tradere eis ciuitatē ⁊ terrā: hoc tamen dicebat motus inuidie ſpū quo nō poterat eius pſpitatē tā celerē videre.

Et ille diſcedēs

Moraliť D

f ¶ Manſit itaq3 iſaac in geraris. Qui interpretatur aduene appropinquantes: per quod ſignificanť populi deuoti: qui licet nūc ſint aduene a patria celeſti: tamē libenter volunt audire de ea per p̄dicationem verbi diuini: ſicut quilibet aduena libenter audit bonos rumores d pria ſua. g ¶ Qui cum interrogaretur a viris loci illius ſup vxore ſua. Per quam intelligitur ſapientia: ſicut diciť Sap. viij. a Hanc queſiui mihi ſponſam aſſumere. † ¶ Reſpōdit: ſoror mea ē. Quia nullus debet ſe iactare ſapientiā habere. propter qđ pithagoras non dixit ſe eſſe ſapientem ſed philoſophum: id eſt ſapientie amatorem. a philos quod eſt amor et ſophos ſapientia quod ſignificatur nomine ſororis que amabilis eſt non tamen ſponſa. i ¶ Proſpiciēs abimelech paleſtioꝝ rex ⁊c. Per quem intelligi pōt ſummus pōtifex habens regimen vniuerſalis eccleſie: propter qđ dictos religioſos conſiderauit vacare ſtudio ſapientie: ideo dixit verbo mentis ⁊ oris. k ¶ Perſpicuū eſt ꝙ vxor tua ſit. Per euidentiā eī doctrīe apparuit ſapīaȝ ſpōſaȝ eoꝝ eē. vñ papa Grego. iiij. btm̄ Anthoniū de ordīe minoꝝ q diu ſapīaȝ ſuā celauerat arcā teſtamēti vocabat. † ¶ Potuit coire qſpiā ⁊c. i. ſapīaȝ ī te latētē fedare ī ſuis deriſiōib⁹ ppť exteriorē ſimplicitatē ī victu ⁊ hītu. † ¶ Et induxeras ⁊c. Magnū em̄ eēt pctm̄ ſi pmittereť cōtēni ſapīa paupeꝝ. Ideo ſequiť: † ¶ Qui tetige. ⁊c. i. ſuis deriſiōib⁹ ⁊ detractiōib⁹ fedauerit paupis ſapīaȝ. † ¶ Morte morieť: Scilicet culpe. † ¶ Seminauit aūt iſaac. i. paup p̄dicator ſemē vbi diuini. o ¶ Et iuēit in iṗo āno cētuplū. i. fructū multiplicē aīaꝝ. † ¶ Bñdixitq3 ei dñs. Multiplicādo numeꝝ fratrum ⁊ merita ⁊ famam eoꝝ.



Ob hoc in/

a ¶ Ob h inuidẽtes ꝛc. Iſi. Iſaac xp̄s q̄ p̄mũ vult fodere puteos / q̄s foderant pueri pr̄is ſui. Moyſes eñi puteũ leg' fodit: Dauid ſalomõ ꝛ ꝓphete libꝛos ſcp̄ſerũt ve. teſta. q̄s t̃rena ꝛ ſoꝛdida impleuerat iudeoꝝ ĩtelligẽtia: q̄rũ os cũ vellet purgare / vt oñderet q̃cũq3 lex ꝛ ꝓph̄e dixerũt de ſe dicta eſſe / rixati ſũt paleſtini. i. iudei a regno dei alieni: ꝛ diſceſſit ab eis. nõ eñi põt eſſe cũ eis / q̄ in puteis nolũt h̄re aquã ſ3 terrã. Et dicit eis Matth. xxiij. d. Ecce relinquet̃ vob̃ d. v. d. fodit ḡ iſaac: ĩmo pueri ei⁹ puteũ nouũ. ſ. apl̃i ꝛ euãgeliſte: q̄ fodiẽtes puteũ nouũ te. ĩuenerũt aquã ſaliẽtẽ ĩ vitã eternã: ꝓ his q̄3 certãt q̄ terrena ſapiũt / nec patiunt̃ noua condi / nec vetera purgari. Dicit̃ ḡ ad eos Act'. xiij. g. Q̄m indignos vos exhibuiſt' gr̃e dei: ex h iã ad gẽtes ibim⁹.

b ¶ Puteos ꝛc. obſtruxerũt ꝛc.

Moralit̃ Greg. moꝛa. Sepe cũ v̄bis diuinis intẽdim⁹ / demonũ inſidias graui⁹ toleram⁹: q̄ mẽti nr̃e terrenarũ cogitationu3 puluerẽ aſp̄gunt: vt intẽtionis oculos a luce intime viſiõis obſcurent. Nos eñi puteos fodim⁹ cũ ſcripture alta penetram⁹: q̄s occulte allophili replẽt: q2 t̃renas cogitatiões ĩgerũt / ꝛ diuĩe ſciẽtie aquã tollunt: vñ Pſ. cxviij. a. Declinate a me ma. ꝛ ſcru. m. d. c ¶ Et ille diſcedẽs ꝛc. Hiero Et abijt inde iſaac ꝛ venit ĩ gerarã vallẽ / ꝛ habitauit ibi: ꝓ valle toꝛrẽtẽ habẽt ĩ hebꝛeo. Nũq3 eñi iſaac poſtq3 magn⁹ fact⁹ eſt habitare potuit ĩ valle: ſ3 ĩn toꝛrẽte d' q̄ ſcriptũ eſt: Pſ. cix. a. De toꝛrẽte ĩ via bi. de q̄ Helias in t̃pe famis bibit: ſed q2 nõ erat ꝑfect⁹ vt chriſt⁹ toꝛrẽs ei aruit. Chriſtus vero etiã in toꝛrẽte traditus eſt: dedicãs regenerationẽ noſtra3 ꝛ baptiſmi ſacramẽtum. d ¶ Fodit

Moralit̃ alios pu. ꝛc. Moꝛaliter. Iſi. Iſaac apd̃ alienigenã gẽtẽ puteos fodit: ĩ q̄ monemur vt ĩ hac peregrinatiõe cogitationũ ꝓfũda penetrem⁹: ꝛ q̄uſq3 vere intelligẽtie aq̄ redeat: inq̄ſitiõis manus ad exhauriẽda coꝛdis terrena nõ

Allophili toꝛpeſcat. Allophili inſidiãtes puteos replẽt: q2 ĩmũdi ſp̄us cu3 nos ſtudioſe fodere cõſpiciũt: moleſtias t̃eptationũ cogitatiõib⁹ ingerũt. e ¶ Aduerſus pa. Hiero. Aq̄la ꝛ Symmach⁹ aduerſum ꝛ ꝯtrariũ trãſtulerũt. S3 ĩ hebꝛeo habet̃ ſathana. Vñ pt3 ſathanã ꝯriũ ĩterp̄tari. f ¶ Latitudo. In heb. roobooth. Vñ ꝓbat̃ illud qd̃. ſ. x. b. dictũ eſt. Ip̄e edificauit niuinẽ: ꝛ robooth. i. plateas ei⁹. g ¶ Nũc dila. ꝛc. Dilatatus ẽ iſaac: ꝛ repleuit oẽm terrã ſciã trinitat': ꝛ ĩ toto oꝛbe latitudinẽ eccl̃ie collocauit: pri⁹ tñ ĩ iudea not⁹ ꝛ in iſrl̃ noiat⁹. poſtea Pſ. xviij. a. In oẽm terrã exi. ſo. eoꝝ. i. aploꝝ: q̄ ꝑ vniuerſũ oꝛbẽ foderũt puteos: ꝛ aquã oĩbus oſtẽderũt. Matth. xxviij. d. Baptiçantes oẽs gẽtes in noĩe pa. ꝛ f. ꝛ. ſſ. Puteos abꝛaã q̄s aperuit ſic vocauit ſic pr̃ ei⁹. Moyſes eñi ꝛ ꝓph̄e apd̃ nos ſuis nominib⁹ appellant̃: nec hoꝝ mutant̃ vocabula puteoꝝ. h ¶ Ad quẽ locum

abimalech ꝛc. Hiero. Abimelech nõ ſemꝑ pace3 h3 cũ iſaac. aliq̄ñ diſſidet: aliq̄ñ pacem requirit: Et ſignificat ſtudioſos ꝛ ſapientes ſeculi: q̄ ꝑ eruditione3 ph̄ie multa de veritate cõp̄henderũt. Hic cũ iſaac (q̄ verbũ dei ſignificat) nec ſemꝑ in diſſenſione eſt / nec in pace. ph̄ia eñi diuine legi nec

tus ẽ homo: ꝛ ibat ꝓficiens atq3

a ¶ multiplicatio hoꝛdei non magnificat.
¶ In omnẽ terrã exiuit ſo. ꝛc. Pſ. xviij. a

ſuccreſcẽs donec magnus vehemẽter effect⁹ eſt. Habuit q̄3 poſ-

a ¶ multos ſibi familiariter obſequẽtes.

ſeſſionẽ ouiũ et armẽtoꝛũ / et famili-

a lie plurimũ. Ob hec inuidentes †

a ¶ filij alieni. b ¶ oẽs ſcripturas q̄s ſcrutati erãt: moyſes: dauid: ſalomõ: ꝛ alij.

b ei paleſtini: oẽs puteos q̄s fode- †

a ¶ dei quẽ ſignificauit abꝛaã.

rãt ſerui patris illi⁹ abꝛaã: illo tẽ-

¶ tollẽtes ſp̄ũalẽ ĩtellectũ carnalẽ ſuadẽtes

poꝛe obſtruxerũt ĩplẽtes humo:

a ¶ hoc factũ ẽ aliq̄ñ refrigeſcẽte charitate.

intantũ vt ipſe abimelech diceret †
ad iſaac: Recede a nob̃ q̄m po- †

a ¶ Si vos ꝓſecuti fuerint ĩ vna ci. fu. ĩ aliã

c tẽtioꝛ nr̃i fact⁹ es valde. Et ille di- a

a ¶ Per curſu3 humane moꝛtalitatis.

ſcedẽs vt veniret ad toꝛrentẽ ge- b

a ¶ Nouũ teſtamentũ qd̃ in patriarchis et ꝓphetis ꝑfiguratũ erat.

d rare hitaretq3 ibi: rurſũ fodit alios puteos / q̄s foderãt ſerui pr̄is

a ¶ qd̃ teſtamẽtũ poſt paſſionẽ xp̄i occulta-

ſui abꝛaã: ꝛ q̄s illõ moꝛtuo olĩ ob-

uerũt allophili. i. iudei. a ¶ Cũ nouũ teſtamẽtũ ĩ veteri oſtẽdit̃: ꝛ teſtioniũ moyſi ꝛ ꝓphetaꝝ ꝯfirmat̃: nec p̄oꝝ auctoꝝ noĩa mutãt̃

ſtruxerãt philiſtijm: Appellauit

q3 eos iiſdẽ noib⁹ q̄b⁹ añ pater vo-

a ¶ Apl̃i. b ¶ alij ĩ valle: ſ3 in valle nõ ĩuenit̃ pute⁹ aq̄ viue. ¶ abundãtia ſcripturaꝝ.

cauerat. Foderũt in toꝛrẽte / et re- c

¶ .i. euãgelicã doctrinã. b ¶ .i. ſaliẽtẽ ĩ vitã et'nã. c ¶ q2 iudei euãgelice doctrĩe reſiſtũt nec noua ꝯdi ꝑmittũt: nec vet'a purgari volũt

pererũt aquã viuã. S3 ꝛ ibi iurgi-

e um fuit paſtoꝛũ gerare aduerſus paſtoreſ iſaac / dicẽtiũ: Nr̃a ẽ aq̄. Q̄obrẽ nomẽ putei ex eo qd̃ acciderat vocauit calũniã. Foderũt

¶ Secundũ.

ꝛ aliũ: ꝛ ꝓ illo q̄3 rixati ſũt: appel-

a ¶ q2 poſtq3 fides trinitat' ꝑ mũdũ cepit p̄dicari: patiã ſctõꝝ victi ſunt aduerſarij eoꝝ.

lauitq3 eũ inimicitias. Profect⁹

¶ tertium.

ĩde fodit aliũ puteũ: ꝓ q̄ nõ cõtẽ-

a ¶ q2 iſaac. i. chriſtus dilatatus eſt.

f derũt. Itaq3 vocauit nomẽ ei⁹ la-
g titudo / dicẽs: Nũc dilatauit nos dñs: ꝛ fec̃ creſcere ſuꝑ t̃rã. Aſcẽ- e
dit aũt ex illo loco ĩ berſabee: vbi f
apparuit ei dñs ĩ ipa nocte dicẽs:
Ego ſũ de⁹ abꝛaã pr̄is tui: Noli g
metuere: q2 tecũ ſũ: Bñdicã tibi h
ꝛ multiplicabo ſemẽ tuũ ꝓpt̃ ſeruũ meũ abꝛaa3. Itaq3 edificauit i
ibi altare: ꝛ ĩuocato noĩe dñi / extẽdit tabernaculũ: p̄cepitq3 ſer-
h uis ſuis vt foderent puteu3. Ad
quẽ locũ cũ veniſſent de geraris k

uine legi nec ĩ oĩbus ꝯria ẽ: nec ĩ oĩbus cõſonat. Multi eñi ph̄oꝝ vnu3 deũ q̄ cũcta creauit ſcribũt. Aliq̄ vero etiã addiderũt: q̄ ꝑ verbũ ſuũ cuncta fecerit ꝛ regat: ꝛ verbu3 dei ſit q̄ cũcta moderent̃: in q̄ et euãgelio cõſonãt. Moꝛalis v̄o ꝛ phyſica philoſophia pene oĩa q̄ noſtra ſunt ſentit: diſſidet vero cũ dicit materiã eſſe coeternã deo: ꝛ negat deũ curare moꝛtalia: dicẽs ꝓuidẽtiã ei⁹ ſupꝛa lunaris globi ſpacia cohiberi: et q̄ vitas naſcentiũ ſtellarũ curſib⁹ p̄dat. ꝛ cũ dicit mũdũ ꝑpetuũ ꝛ nullo fine claudendũ: ꝛ alia plura ſunt in q̄bus nobiſcũ philoſophi diſſidẽt vl̃ ꝯcoꝛdãt. ¶ Hiero. Pro ochoçat ꝓnubo: in hebꝛeo habet̃ collegiũ amicoꝝ ei⁹: vt tam hoĩem ſignificet q3 amicoꝝ turbã que cũ rege venerat: in quibus fuit phicol princeps exercitus illius.

Abimelech et

## Nico. de lyra

a ¶ Et ille diſcedens. nolens contendere. b ¶ Ut veniret ꝛc. elõgãs ſe a ciuitate Seq̄t̃: c ¶ Foderũt in toꝛrente. Toꝛrens enim eſt aqua currens ex deſcenſu pluuiarũ: vel reſolutione niuiũ q̄ nõ cõtinuatur: ꝛ ideo foderunt ibi vt aquã ex pluuijs deſcendentẽ ibi retinerẽt ad cõſeruãdũ t̃pe ſiccitatis. d ¶ Et reperũt aquã viuã. i. q̄ meli⁹ q3 intenderent a principio foſſionis. e ¶ Aſcendit aũt ꝛc. vbi mãſerat pater ſuus: vt habetur. ſ. xxi. ca. f ¶ Ubi apparuit ei dñs. ad cõfoꝛtandũ eũ de iniurijs ſibi illatis. g ¶ Noli metuere ꝛc. ad te ꝓtegẽdũ. h ¶ Bñdicã tibi. ĩ t̃palib⁹ bonis ꝛ ſp̄ũalib⁹ m̃ltiplicãdo. i ¶ Itaq3 edificauit ibi altare. ad reddẽdũ gr̃as dño de ſua cõſolatione ꝛ ꝓmiſſione. k ¶ Ad quẽ locum ꝛc. Hic ꝓbat̃ de mãſuetudine ꝛ fidelitate: q2 ꝓpter iniurias ſibi illatas nõ dimiſit cũ iniuriantib⁹ ſibi amicitie fedus inire.

Moralit̃ † ¶ Ob h inuidẽtes ei pale. q̄ ĩterp̄tant̃ ꝯtẽdẽtes oꝛe ꝛ ſignificãt clericos paꝝ ſcientes: ꝛ ſacerdotes q̄ cõtẽdũt v̄bis ſine rõne. † ¶ Oẽs pu. ob. i. coꝛda fideliũ ab amoꝛe fratrũ ꝓ virib⁹ retraxerũt: ꝛ etiã p̄latos aliq̄s ꝯ fr̃es excitauerũt: iõ ſubditur. † ¶ Intm̃ vt ip̄e abi. ꝑ quẽ ſignificãt̃ p̄lati a clericis excitati. † ¶ Diceret iſaac. ꝑ quẽ fr̃es ſignificant̃. † ¶ Recede a no. ſuã p̄tãtẽ fr̃ibus denegãdo vel reſtringẽdo: vel vſurpationẽ p̄tãt' indebite eis irrogãdo: iõ ſ̃bdit̃: † ¶ Q̄m po. no. fa. es. i. fieri velleſ. a ¶ Et il. diſcedẽs: q2 fr̃es debẽt patiẽter audire talia ꝛ q̄tũ poſſũt bonis ſp̄ũalib⁹ intẽdere. ꝓpt̃ qd̃ ſ̃bdit̃ q̄ iſaac tres puteos fodit ꝑ q̄s ſignificãt̃ p̄dicatio / ꝯfeſſio / lectio: ꝛ vt d' ĩ textu: Pro duob⁹ p̄mis ꝯtẽderũt paſtores. i. aliq̄ curati ſacerdotes inhibẽdo fr̄ib⁹ ne ĩ ſuis eccleſijs p̄dicarẽt: ꝛ ſuis parochiãis ne ꝓ ꝯfeſſiõe ad fr̃es recurrerẽt. Pro t̃tio vero ſc3 ꝓ lectiõe nõdũ cõtẽderũt ſed ad ſcholas fratrũ aliq̄ñ veniũt: ꝓpter qd̃ plurimi p̄lati vitã fratrũ ꝛ doctrinã cõſiderãtes receperũt eos in gratiã: qd̃ ſignificat̃ ꝑ ipius abimelech cum iſaac fede

a ¶ Abimelech ⁊ ochozath amici. Duo cũ abimelech venerũt: ochoçath gener ei⁹: ⁊ phicol dux exercitus. Ochoçath tenẽs. Phicol iterꝑtat̃ os oĩm. Abimelech pr̃ meus rex. hi tres imaginẽ ph̃ie toti⁹ tenẽt: q̃ in tres ptes diuidit̃ / logicã / phyſicã / ethicã. i. rõnalẽ / naturalẽ moralem. (*Diuiſio philoſophie*) Rõnalis ẽ que deũ pr̃em oĩm ꝯfitet̃: vt ẽ abimelech. Naturalis q̃ fixa ẽ ⁊ tenet omĩa velut nature ipſius viribus nitẽs: quã ꝓfitet̃ ochoçath / q̃ dicit̃ tenens. Moralis q̃ in ore ẽ oĩm ad oẽs ptinet ⁊ ꝓ cõmuniũ ſiſitudĩe p̃ceptoꝝ verſat̃ in ore oĩm quã ſignat phicol: q̃ interꝑtat̃ os oĩm. hi ḡ oẽs his eruditiõibus iſtructi / veniũt ad legẽ dei dicẽtes: Vidim⁹ deũ eſſe tecũ ⁊c̃. Bñdictionẽ poſtulãt non retributionem. Vñ ſequit̃: Fecit ḡ eis cõuiuiũ. q̃ em̃ ꝟbũ miſtrat / ſapiẽtibus ⁊ inſipiẽtibus debitor eſt. b ¶ Ecce aũt venerũt. Hiero. Neſcio quõ in lxx. habet̃. ⁊ venerũt pueri iſaac nunciãtes ei de puteo quẽ foderũt: ⁊ dixerũt ei: nõ inuenim⁹ aquã: ⁊ vocauit nomẽ eius iuramẽtũ. Que em̃ etymologia ẽ ꝓpterea vocari iuramẽtũ: q̃ non inuenerũt aquã? Et ecõtrario ĩ hebreo cui interꝑtatiõi Aq̃la ꝯſentit ⁊ ſymmachus. h̃ ſignat ꝙ inuenerũt aquã: ⁊ ꝓpterea appellat⁹ ſit pute⁹ ip̃e ſatietas: ⁊ ciuitas berſabee. i. pute⁹ ſatietat̃. lʒ em̃ ſupra ex ꝟbo iuratiõis: vel ex ſeptenario ouiũ nũero qd̃ ſabe dicit̃: aſſeruim⁹ berſabee appellatã. tñ nũc ex eo ꝙ aq̃ inuẽta ẽ: iſaac ad nomẽ ciuitatis alludẽs declinauit paululũ lr̃aʒ: ⁊ ꝓ ſtridulo hebreoꝝ ſchin: a q̃ ſabee incipit: grecũ ſyma. i. hebreoꝝ ſamech poſuit. Iuxta allegoriam quoq; poſt tantos puteos in fine virtutũ: nõ cõgruit vt iſaac aquã nõ inueniret.

¶ Additio.

B ¶ I ca. xxvj. vbi dr̃ in poſtil. Bñdicent̃ in ſemĩe tuo oẽs (gẽtes terre.

¶ Additio. j. In h̃ loco vbi dr̃: Bñdicent̃ in ſemĩe tuo: ponit̃ in hebraico ꝟbuʒ bñdictiõis oĩno ſiſe illi qd̃ ponit̃. s. ca. xxij. qd̃ q̃dẽ ꝟbũ ſm̃ hebraicã veritatẽ intellectũ ſignificat: ꝙ ille in q̃ alij bñdicent̃ ſit cã p̃ncipalit̃ effectiua illi⁹ bñdictiõis: qd̃ nulli pure creature ꝯuenit ꝓut ibi fuit expoſitũ: ⁊ iõ nullo mõ põt ĩtelligi de xp̃o. Et ꝙ hec ꝓmiſſio ſit oĩno ꝯformis ꝓmiſſiõi facte abrae in ĩmolatiõe iſaac. s. xxij. ca. ⁊ in ea fundet̃ inſinuat in trib⁹. Prĩo cũ p̃mittit intẽtionẽ p̃mi iuramẽti. ſ. facti tp̃e ĩmolatiõis. ⁊ h̃ cũ dic̃: Cõplẽs iuramẽtũ qd̃ ſpopõdi abrae pr̃i tuo ⁊c̃. Scd̃o q: cũ reddit rõnem hui⁹ magni ꝓmiſſi ſb̃dit: eo ꝙ obedierit abraaʒ voci mee: qd̃ oĩno ꝯcordat rõni reddite tp̃e p̃dicti iuramẽti. ibi em̃ dictũ fuit abrae: eo ꝙ obediſti voci mee. Tertio q: h̃ nõ dr̃: Et bñdicent̃ in te ⁊ ĩ ſemĩe tuo: ſic̃. s. dixerat ca. xij. ſʒ dixit: Bñdicent̃ in ſemĩe tuo: ſic̃ in ca. xxij. ⁊ in alijs auctoritatib⁹ eidẽ corrñdẽtibus ꝓut

¶ Glo. ordi.

(*Myſtice*) Senuit aũt. ¶ Ca. XXVII Hypolit⁹ martyr. Iſaac portat imaginẽ dei pr̃is: Rebecca ſpũſſcti. Eſau ppl̃i prioris ⁊ ʒabuli: iacob eccl̃ie ⁊ chriſti. Senect⁹ iſaac ꝯſũmatiõeʒ mũdi. Oculi caligãtes periſſe fidẽ de mũdo ⁊ religiõis lumen neglectũ eſſe ſignificãt. Qꝛ fili⁹ maior vocat̃ acceptio ẽ leg̃ iudeoꝝ. Qꝛ eſcaſ ei⁹ ⁊ capturã dilexit pr̃ hoĩes ſunt ab errore ſaluati q̃s ꝑ doctrinã iuſtus q̃ſq; venat̃: ſermo dei repromiſſiõis bñdictio: ⁊ ſpes regni futuri in q̃ cũ chriſto ſũt regnaturi ⁊ veꝝ ſabbatũ celebraturi. Rebecca plena ſpũſctõ: ſciẽs ꝙ audiſſet añq; pareret: q: maior ſuiet minori. hec formã gerit ſpũſſcti / q̃ qd̃ futuꝝ eſſe nouerat ĩ chriſto: añ meditabat̃ ĩ iacob. loquit̃ ad filiũ miorẽ: Vade ad gregẽ ⁊ affer mihi duos hedos optimos: p̃figurãs carneũ ſaluatoris aduẽtũ / ĩ q̃ eos liberaret: q̃ pctĩs tenebant̃ obnoxij. Hedi ei vbiq; pctõres ſignificãt. Duo afferri iubent̃: vt duoꝝ ppl̃oꝝ aſſumptio ſignificet̃. Teneri. ſ. ⁊ bõi ⁊ docibiles. ſ. ⁊ innocẽt̃ aĩe.

Stola eſau ẽ fideſ. i. ſcp̃ture hebreoꝝ q̃ ill̃ p̃mo date ſũt: q̃b⁹ ppl̃s gẽtiliũ poſtea ĩdut⁹ pelles circũdate brachijs ei⁹: pctã vtriuſq; ppl̃i / q̃ chriſt⁹ ĩ extẽſiõe manuũ cruci ſecũ affixit. Ipſe enĩ in corpe ſuo / nõ ſua ſed aliena peccata portabat.

¶ In hebreo ſermõe amicoꝝ eius collegiũ.

a abimelech ⁊ ochoçath amicus illius ⁊ phicol dux militũ: locutuſ eſt eis iſaac: b Quid veiſt̃ ad me hoĩeʒ quẽ odiſt̃ ⁊ expuliſt̃ a vobis? Qui rñderũt: c † Vidim⁹ tecũ eſſe dñm: ⁊ idcirco nũc diximuſ: Sit iuramẽtũ int̃ nos: ⁊ ineam⁹ d fed⁹ vt nõ facias nobis q̃cq; mali / ſic̃ ⁊ nos nihil tuoꝝ attigim⁹: e nec fecim⁹ qd̃ te lederet: ſʒ cũ pace dimiſim⁹ auctũ bñdictõe dñi. Fec̃ ḡ eis ꝯuiuiũ. † f Et poſt cibũ ⁊ potũ ſurgẽteſ mãe g iurauerũt ſibi mutuo: dimiſitq; eos iſaac pacifice ĩ locũ ſuũ. b Ecce ãt venerẽt in ip̃o die ſui iſaac: ãnũciãtes ei d̃ puteo quẽ foderãt / atq; dicẽtes: Inuẽim⁹ aquã. vñ appellauit eũ abũdãtiã: i ⁊ nomẽ vrbi ipoſitũ ẽ berſabee vſq; in pñtẽ diẽ. k Eſau vero quadragenarius duxit vxores: iudith filiam beeri ethei: ⁊ baſemath filiam helon eiuſdẽ loci: que ambe offenderãt animũ iſaac ⁊ rebecce.

a ¶ Conſũmatiõeʒ orbis oñdit.

b ¶ deus pr̃.

a Senuit ãt iſaac: ⁊ caligauẽrt oc̃li ei⁹: ⁊ videre Ca. XXVII

a ¶ fides de mũdo perijt ⁊ lumẽ religionis.

✣ dus inire a ¶ Abimelech. ptʒ ꝙ ſm̃ trãſlati. nr̃am: Ochoçath ẽ h̃ ꝓpriũ nomẽ vni⁹ hoĩs. Hebrei aũt dicũt ꝙ ẽ nomen cõe ⁊ ſignat cõgregatiõeʒ. Vñ lr̃a eoꝝ ẽ hec: Abimelech ⁊ ꝯgregatio amicoꝝ ei⁹: q: adduxerat ſecũ aliq̃s de amic̃ ſuis. b ¶ Quid veniſtis ad me ⁊c̃. Licet iſaac nõ intẽderet fedus renuere: tñ voluit iniuriã ſibi factã eis oñdere. c ¶ Qui rñde. ⁊c̃. Per h̃ ꝙ tã cito te m̃tiplicauit ĩ bonis. d ¶ Et ineam⁹ fed⁹ ⁊c̃. Nec ꝑ teip̃m ĩferẽdo nec noſtros aduerſarios adiuuando. e ¶ Sic̃ ⁊ nos ⁊c̃. In h̃ rñderũt ad h̃ qd̃ dixerat iſaac: Quid veniſtis ad me hoĩeʒ quẽ odiſt̃ ⁊ expuliſt̃: ac ſi dicat: lʒ emiſerim⁹ te d̃ ciuitate: tñ nihil abſtulim⁹ a te: nec aliud nocumẽtũ intulimus tibi. f ¶ Fecit ḡ eis cõuiuiũ. Curialit̃ recipiẽdo eos. g ¶ Surgẽteſ mane iurauerũt. ſ. ſaliua ieiuna ꝓpt̃ reuerẽtiã iuramẽti. b ¶ Ecce aũt ⁊c̃. p̃ceperat ei eis añ iuramẽtũ fodere puteũ: ſʒ ãnũciauerũt ei poſt iuramẽtũ factũ d̃ aq̃ inuenta. i ¶ Et nomẽ ⁊c̃. Prius erat ei ĩpoſitũ: ſʒ tunc fuit iteꝝ de nouo ꝯfirmatũ. Ad cui⁹ intellectũ ꝯſiderãdũ ꝙ beer ĩ hebreo idẽ ẽ ꝙ pute⁹. ſabee ãt ſignat ſeptẽ / ⁊ iuramẽtũ / ⁊ ſocietatẽ. et ex iſtis trib⁹ ſignificatiõib⁹ loc⁹ ille vbi erat pute⁹ vocat⁹ ẽ berſabee. Prio ꝓpt̃ ſeptẽ agnas q̃s ibi ſtatuit abraã: vt habet̃. s. xxi. c. Itẽ ꝓpt̃ iuramẽtũ qd̃ factũ eſt ibi int̃ ip̃m ⁊ abimelech. Itẽ ꝓpter h̃ ꝙ iſaac vocauit illũ puteũ abũdãtiã: vt h̃ habet̃: qd̃ ſonat idẽ qd̃ ſacietatẽ. Et ſi ꝯ h̃ arguat̃ ꝙ nõ videt̃ eſſe idẽ pute⁹ h̃ de nouo fact⁹: ⁊ q̃ fuerat tp̃e abrae. Dicẽdũ ꝙ ĩmo: q: ſic̃ habet̃ in h̃ ca. paleſtini obſtruxerãt puteos q̃s foderat abraã: implentes eos terra: ⁊ iſaac iterum fodit eos: ⁊ iſte fuit vnus ex eis. k ¶ Eſau xo. Hic ꝓbat̃ patiẽtia iſaac reſpectu ꝓprie familie in h̃ ꝙ eſau abſq; ꝯſilio pr̃is ⁊ m̃ris accepit duas vxores d̃ genere etheoꝝ: q̃ offenderũt aĩos iſaac ⁊ rebecce. (*D*)

✣ cũ iſaac federatiõe. cum ſb̃dit̃: d ¶ Ineam⁹ fedus ⁊c̃. Et ſperamus ꝙ adhuc maiorem gratiam prelatorum inueniemus domino concedente. (*Moralit̃*)

¶ Additio

tibus ꝓut dictũ fuit in additiõe. s. eodẽ. xxij. ca. vñ h̃ nõ hʒ locũ expoſitio hebreoꝝ: vt largi⁹ fuit expoſitũ in additiõe p̃dicta.

¶ In eo. ca. xxvj. vbi dr̃ ĩ poſtil. Vidit eũ iocãtẽ cũ rebecca.

Additio. ij. In hoc loco in hebraico ponit̃ hec dictio meſſaheth oĩno ſimilis illi que poſita fuit. s. ca. xxj. cum de hiſmael ageret̃: que q̃dem dictio licet habeat plura ſignificata: ſignificat em̃ riſum / gaudiũ / ⁊ ludũ: ſilr̃ ⁊ deriſionẽ. nũq; tñ ſignificat coeuntem: vt in additione. s. p̃dicto ca. fuit dictũ: vñ trãſlatio noſtra ſe bñ habet que dicit: Vidit eũ iocantẽ. ⁊ debet exponi ꝓut in poſtilla in ſecunda expoſitione. (*Meſſaheth.*)

¶ Nico. de lyra Ca. XXVII

Vocauit. Senuit ãt iſaac. Hic ꝯñr deſcribit̃ ordĩatio ſue poſteritat̃ p̃ponẽdo vnũ alteri: ⁊ q: h̃ fiebat ꝑ bñdictiõeʒ: iõ diſpoſitio ad bñdictionẽ p̃mo deſcribit̃. ſcd̃o forma bñdictiõis ſb̃iũgit̃ / ibi: Statiq; vt ſenſit. Diſpoſitio ãt iſta ꝑ tria declarat̃. p̃mo ꝑ pr̃is expſſionẽ. ſcd̃o ꝑ m̃ris reuelationeʒ / ibi: Qd̃ cũ audiſſet rebecca. tertio ꝑ filij p̃parationẽ / ibi: Abijt ⁊ attulit. Circa p̃mũ dic̃: a ¶ Senuit ãt iſaac. Appropinq̃bat em̃ terminus vite ✣ (*Diuiſio*)

Moraliter. a ¶ Senuit ãt iſaac ⁊c̃. Per quẽ ſignificat̃ bon⁹ p̃lat⁹ eo ꝙ abraã fuit pr̃iarcha. Dicit̃ tñ caligãs ocul̃ eo ꝙ bon⁹ p̃lat⁹ aliq̃n donis ⁊ verb̃ adulãtiũ decipit̃. Vñ dr̃ ꝙ aliq̃n ✣ bon⁹ dormitat (*Moralit̃*)

a ¶ Vocauitq̃ eſau. Iſid. Eſau ve-
nator ⁊ agricola. Iacob vero ſimplex ha-
Allegori. bitabat ĩ tabernaculis. Eſau pplm̃ he-
braicū: iacob gētilem pplm̃ ſignificat.
Iſaac vero deū / q̃ vtrūq̃ pplꝫ: illū ꝑ legē
iſtū ꝑ fidē ſibi filios fecit. Eſau agrico
la erat: q2 iude9 ꝓ terrenis deo ſeruie-
bat: cui nō eſt dictū vt eſſet pauꝑ ſpiri-
tu: mitis / pacificus / miſericors / ꝑſecu-
tionē patiēs: vt copioſā mercedē habe
ret in celis. Sꝫ ſi cuſtodieritis mādata
mea / dabo vob̃ pluuias tꝑib9 ſuis: ⁊ ce
tera q̃ ꝑtinēt ad carnis delitias. Fuit
etiā venator: q2 ꝑ effuſionē ſāguis ari-
etū ⁊ vituloꝝ ⁊ hircoꝝ deum placabāt.
Iacob ſimplex habitabat ĩ tabernacu-
lis: q2 electi de gentib9 fide ⁊ volūtate
deo placere ſtuduerūt. Per tabernacu
la diuerſas ꝑ orbē eccleſias: vel diuer-
ſos ordines intelligim9. b ¶ Sume
arma ⁊c. Iſaac diligebat eſau: q2 de ve
natione ei9 veſcebatᷣ. Rebecca dilige-
bat iacob. Iſaac deū: Rebecca aūt ꝓſci
entiā dei figurat: q2 diligebat de9 po-
pulū iudeoꝝ / eo ꝙ aſſidue eoꝝ oblatio-
nib9 placabatᷣ. Sꝫ ꝓſciēs pplm̃ gētiuꝫ
multo meliorē futuꝝ ꝑ ꝓſciētie ſue gra-
tiā ampli9 diligebat. Eſau in venatiōe
morante / vt de agreſtib9 aīalib9 cibos
patri exhiberet ⁊ bn̄diceretᷣ: mater ia-
cob ad benedictionē ꝑcipiēdā patri / ap
plicuit: q2 adhuc iudei in legalib9 morā
tur / ⁊ ad fidē xp̄i tarde occurrūt: mater
grā gentiles fidē auide ſuſcipiētes ad
ꝑcipiendā benedictionē iudeis debitā
obtulit. Qualiter aūt bn̄dictiōis donū
ꝓmeruerint: teſtantᷣ opa iacob / q̃ ꝓ be
Allegori. nedictiōe ſuſcipiēda geſſit. c ¶ Dixit
fili. ſu. ia. ⁊c. Per duos hedos ꝯfeſſi
onē pctōꝝ gētilis ppl̄i / ⁊ penitētiā poſ-
ſumus accipe. Hedi optimi: q2 ꝯfeſſio
pctōꝝ et pn̄ia valde ē deo acceptabil̄.
vn̄ Luc. xv. b. Gaudiū erit in celo ſuꝑ
vno pctōre p. a. ⁊c. Per vnū pctōrem /
pplm̃ gentiū: ꝑ nonagintanouē iuſtos
iudeos intelligit: q̃ ſibi videbantᷣ iuſti
in obſeruātia legis. vn̄ Luc. xvi. d. Et
q̄d iuſtificat̄ vos corā hoīb9 ⁊c. q̃ ĩ ꝑfe
Hiſtori. cto nūero ponūtᷣ: q2 nullū ad ꝑfectū ad
duxit lex. d ¶ Et ve. eſau. Hiero. ⁊
in h̄ loco tradūt hebrei ꝓmogenitos fū-
ctos officio ſacerdotū: ⁊ habuiſſe veſti-
mētū ſacerdotale: q̃ induti victimas of
ferebāt anteq̃ aarō in ſacerdotiū eligere
tur. e ¶ Parauit illa ci. Iſid. Per
Myſtice delectabiles eſcas q̃ d̄ hedis ꝓparantᷣ
iſaac: intelligim9 pn̄ie opa: de q̄bus dr̄
Matth. iij. b. Facite fruct9 dignos pe-
nitētie. Veſtes valde bone q̄s eſau. i.
iudei domi reliq̄rat: optīa leg̃ ꝓcepta
(verbi grā) Diliges dn̄m deū tuū ⁊c.
⁊ alia ſine q̄bus nemo pōt eſſe iuſtus.
Has iudei domi. i. in ve. te. reliq̄rāt:
q2 ꝑuare nolebāt. His gētilis ornat9 ⁊
ad deū patrē cū cibis bonoꝝ operū ꝓre
xit: cū cibis aūt panes obtulit: ꝑ panes
ſepe verbū dei intelligim9. Bn̄ aūt ad
deū cū cibis bonoꝝ opeꝝ ꝑgit: q̃ alios
q̄ſcūq̃ pōt ad bona opa monere nō de
ſinit. Mater hedinis pellib9 man9 ia-
cob ⁊ colli nuda ꝓtexit. pellis enī cū ab
hedo ſubtrahitᷣ: remanet caro vn̄ cib9
delectabil̄ cōficitᷣ: ⁊ cū a pctōre vitia de
trahūtᷣ: bonū nature cū rōne apparet:
q̃ ſi fide coquantᷣ delectabiles cibi ex
bono nature deo ꝓparantᷣ. Per collū
in q̃ ſupbia apparet: mēt̄ elatio ſigna-
tur. Per manus opa. Colluꝫ hedinis
pellibus circūdat

¶ ad accipiendā legē.
a nō poterat: vocauitq̃ eſau filiū †
¶ populū priorē.
ſuū maiorem / ⁊ dixit ei: Fili mi.
Qui reſpōdit: Aſſum. Cui pa-
ter: Vides inquit ꝙ ſenuerim: ⁊
b ignorem diem mortis mee: Su- a
me arma tua: pharetraꝫ: ⁊ arcū:
a ¶ homines ab errore ſoluendos iuſtus
venator docendo.
et egredere foras. Cūq̃ venatu
aliquid apprehēderis: fac mihi
inde pulmētū ſicut velle me no-
ſti / ⁊ affer vt comedam: ⁊ bene-
dicat tibi anima mea anteq̃ mo
a ¶ ꝓſcientia. ¶ patiētia. ¶ ſpūſanct9
riar. Qd̄ cū audiſſet rebecca / et b
ille abijſſet in agrū / vt iuſſioneꝫ
a ¶ q2 audierat anteq̃ pareret: maior ſerui-
et minori.
c patris expleret: dixit filio ſuo ia
cob: Audiui patrē tuū loquētē
cum eſau fratre tuo: et dicentem
ei: Affer mihi de venatione tua:
⁊ fac cibos vt comedā: ⁊ bn̄dicā
tibi corā dn̄o anteq̃ moriar. Nūc
ergo fili mi / acq̄eſce ꝯſilijs meis:
a ¶ peccatores de duobus populis.
⁊ ꝑgēs ad gregē / affer mihi du- c
¶ docibiles.
os hedos optimos: vt faciaꝫ ex
eis eſcas patri tuo: q̄b9 libenter
veſcitᷣ. Quas cū intuler̄ ⁊ come
derit: bn̄dicat tibi priuſq̃ moria
tur. Cui ille rn̄dit: Noſti ꝙ eſau d
a ¶ In hebreo ſeir: vn̄ poſtea mōtes ſeir
dicti ſunt: ⁊ regio in qua verſabatᷣ.
frater meus homo piloſus ſit / et
ego lenis. Si attrectauerit me
pater me9 ⁊ ſenſerit: timeo ne pu
tet me ſibi voluiſſe illudere: ⁊ in
ducat ſuꝑ me maledictionē pro
bn̄dictione. Ad quē mater: In e
me ſit ait iſta maledictio fili mi:
tm̄ audi vocē meā: et ꝑge affer q̃
dixi. Abijt ⁊ attulit / deditq̃ ma f
e tri. Parauit illa cibos ſicut no g
a ¶ fide ⁊ ſcripturis hebreorū.
d uerat velle patrē illi9: et veſtib9 h
eſau valde bonis: q̄s apud ſe ha
a ¶ peccata vtriuſq̃ populi: que chriſt9 ex-
tenſis manibus ſecū affixit cruci.
bebat domi / iduit eū: pelliculaſ- i
q̃ hedorū circūdedit manib9 / ⁊
colli nuda ꝓtexit. Deditq̃ pul-
mētū: ⁊ panes quos coxerat / tra
didit. Quib9 illatis dixit: Pa-
ter mi. At ille reſpōdit: Audio.
Quis es tu fili mi? † Dixitq̃ ia-
cob: Ego ſum eſau primogenit9 k
tu9. Feci ſicut p̄cepiſti mihi: Sur

✠ ei ēmin9 vite ſue / ⁊ idō tꝑs erat ordi G
nādi de ſua poſteritate. a ¶ Sume
ar. ⁊c. q2 fili9 recipiēs bn̄dictionē de-
bebat pri9 prī facere obſequiū / ⁊ ſerui
re ĩ mēſa / ⁊ ptꝫ lr̄a. b ¶ Qd̄ cū au.
rebecca. Hic ꝯn̄r deſcribitᷣ diſpoſi-
tio iacob ad bn̄dictionē ꝑ reuelationē
mr̄is reuelāt̄ ipi iacob verba prīſ: vt bn̄
dictio illa ad iacob transferretᷣ: q2 ſcie-
bat ꝙ ei debebatᷣ: vt. ſ. dictū ē. xxv. c.
c ¶ Et ꝑgēs ⁊c. q2 erat ſat̄ ꝓpe: ⁊ in-
de poterat hr̄e cibū ante reditū eſau.
d ¶ Noſti ꝙ eſau ⁊c. i. ꝑ totū corp9
ad modū pellis hiſpid9: vt. ſ. dictū ē.
xxv. ca. ⁊ idō ꝑ h̄ timebat dep̄hēdi a pa
tre: ⁊ ſic maledici. e ¶ In me ſit ⁊c.
fili mi. i. nūq̃ accidet h̄. ꝯfidebat enī
ꝙ deus aliter diſponeret: vt verbum
ſuū ĩpleret. f ¶ Abijt ⁊ attu. Hic
ꝯn̄r deſcribitᷣ diſpoſitio ad bn̄dictio-
nē ꝑ p̄parationē filij: q̃ q̄deꝫ p̄paratio
fuit ĩ cibi offerēdi decoctiōe / cū dicitᷣ:
g ¶ Parauit illa ci. ⁊c. ſcd̄o in filij
cōpoſitiōe / cuꝫ dr̄: h ¶ Et veſti. ⁊c.
Sicut enī. ſ. dictū ē ca. xiiij. vſq̃ ad le
gē datā tꝑe moyſi ꝓmogeniti erāt ſa-
cerdotes: ⁊ idō hēbāt veſtes ſpāles ꝓci
oſas ⁊ odoriferas: q̄b9 ĩduti ĩ magnis
ſolēnitatib9 offerebāt oblationē dn̄o.
i ¶ Pelliculaſq̃ he. cir. ma. fec̄ ei
q̄ſi chirothecas: vt aptarētᷣ figure ma
nus. k ¶ Ego ſū eſau ꝓmo. tu9.
Ra. Sa. vt excuſet iacob d̄ mēdacio:
ſic pūctuat hāc lr̄aꝫ: Ego ſū. ſ. q̃ appor
to tibi cibū. Sꝫ eſau ē ꝓmogenit9 tu9:
ſꝫ iſte manifeſte corrūpit ſenſū: nec tm̄
ꝑ h̄ hꝫ intentū: q2 q̄cūq̃ arte verboruꝫ
aliq̄s fallat aliū a mēdatio nō excuſatᷣ
ſm̄ Aug̃. ⁊ idō aliter dr̄ ⁊ meli9: Licet
enī iacob nō eēt eſau in ꝑſona: erat tm̄
in officio ⁊ dignitate ꝯtū ad ius ꝓmo H
geniture: vt. ſ. declaratū ē. Et ex h̄ de
bebatᷣ ſibi bn̄dictio: ⁊ idō qn̄ dixit: Ego
ſum eſau ꝓmogenit9 tu9. ſ. ꝯtū ad di-
gnitatē ꝓmogeniture. veꝝ dixit: q2 ſic
q̄ſtio iſaac debebat ĩtelligi: q2 q̄rebat
de eo cui bn̄dictio debebatᷣ: ꝓpter qd̄
nō decepit patrē: lꝫ pater nō ſic intelle
xerit: ⁊ tali mō loquēdi vſus eſt ſalua-
tor Matth. xi. d. de Iohā. Ipſe ē he-
lias: ⁊ ſic etiā exponēda ſūt alia verba
Iacob in q̄b9 loquitᷣ tāq̃ eēt eſau ⁊ fa
cta ei9. ¶ Sciendū tm̄ ꝙ nō videtᷣ mi-
hi magna neceſſitas excuſandi patres
ve. te. a mēdacio maxime officioſo: ſi
cut hic ⁊ in plurib9 alijs locis: q2 certū
✠ eſt ꝙ apl̄i fuerūt
✠ bon9 dormitat homer9. Exēplum Moralitᷣ
de dauid q̃ verbis ⁊ factis adulatorijs
Sibe intātū decept9 fuit: ꝙ medietatē
hereditat̄ miphiboſeth ſibi dedit. ij.
Reg. xix. c. Et ſic ꝯtigit ꝙ aliq̄n ꝑlat9
decept9 ſtudet ad ꝓmotionē maloꝝ ĩ
p̄iudiciū bonoꝝ: qd̄ notatᷣ cū ſubditᷣ:
† ¶ Vocauitq̃ eſau ⁊c. ad h̄ ei eū
vocauit vt bn̄dictionē ipi iacob debi-
tā ſibi daret. b ¶ Qd̄ cū au. rebec
ca. ꝑ quā ſignificatᷣ eccl̄ia ꝑlati ſpōſa:
ꝓpᷣ qd̄ exēplo rebecce dꝫ modos ⁊ vi-
as q̄rere q̄b9 impediantᷣ ꝓmotiōes in
iuſte ⁊ ĩdigne: ⁊ fiāt iuſte ⁊ bone ſic re
becca bn̄dictionē eſau prudēter ĩpedi
uit: ⁊ ſic iacob illā accepit: ⁊ cū bon9 ꝑ
lat9 h̄ aduertit ſibi nō diſplicet: ſꝫ ma-
gis placet: ꝓpᷣ qd̄ iſaac aduertēs dn̄i †22.q.2.c
volūtatē bn̄dictionē iacob nō reuoca- queritur.
uit ſꝫ magis cōfirmauit dicēs: Bn̄di-
xitq̃ ei et erit benedictus.

alij/ vñ ſubditꝛ: f ¶ Extra
hẽteſ eũ ꝛc. Aliq̃ aũt libꝛi
habẽt. xxx.
† ¶ Vade et vide ſi.
cũ. ꝛc. Per q̃ꝺ deſignaꝛ ꝙ
xp̃s a pr̃e ſpecialr̃ fuit miſ/
ſus ad iudeoſ qui frẽs eius
erant ſꝫm carnẽ. Ꝓpꝛ q̃ꝺ
dicit Mat. xv. c. Non ſum
miſſus niſi ad oues q̃ perie
rũt domus iſrl̃. † ¶ Ecce
ſomniatoꝛ ve. ſcribe nanqꝫ
⁊ ſacerdoteſ xp̃i doctrinã
reputauerũt ſiĉ vana ſõnia
falſam. d ¶ Nudauerũt
eũ tunica/ nõ ſꝫm rem: q꞉
nõ abſtulerũt ab eo veſtẽ vir
tutũ ſꝫ ſꝫm apparẽtiã tñ im
ponẽtes ei falſo crimĩa mul
ta ante pilatũ. f ¶ Extra/
hẽtes eũ ꝛc. hiſmaelitꝭ.
qui erãt gẽtiles: illa ꝟo ven
ditio fuit q̃dã occiſio: Naꝫ
ſuitꝰ eſt moꝛs ciuilis: ⁊ hec
fuit figura moꝛtꝭ xp̃i quẽ ꝑ
gẽtiles occiderũt iudei.

Ueſtes Joſeph

Myſtice

L iosepħ. a ¶ Sciſſiſqꝫ veſtibus ꝛc. Iſid. Jacob poſterita
tis ſue plorans diſpēdia q̄ſi pater filiū lugebat amiſſum: ꝛ q̄ſi
ꝓpheta interitū iudeoꝝ Matth. xxvj. f. Scidit veſtimētū qđ
in paſſione fecit p̄nceps ſacerdotū. Luc. xxiij. f. Sed ꝛ velum
tēpli ſciſſum eſt: vt ꝓpheta ꝛ nudatū pplm ſuū: ꝛ diuiſuꝫ oſtē/
deret regnū. b ¶ Deſcendā ad ꝛc.

Queſtio de īferno — Querit̄ quō hoc intelligat̄: vtrū mali
tm̄: an etiā boni in infernū deſcēdāt?
Si tm̄ mali: quō iſte ad filiū ſuuꝫ dicit
ſe lugentē deſcēdere velle? Nō enī in
penis inferni credibile eſt eū eſſe. An
ꝯturbati et dolētis ꝟba ſunt mala ſua
etiā hic exaggerātꝭ: an credibile ē apđ
infernū quedā loca ſecreta: ꝛ min⁹ pe/
nalia an̄ paſſionē dn̄i fuiſſe: ad q̄ etiaꝫ
ſcti deſcēdebāt: q2 nullus paradiſuꝫ in
gredi poterat / donec xp̄us rhompheā
igneā amoueret. ¶ Hiero. Madia/
nei aūt vendiderunt ioſepħ in egypto
putiphari eunucho pharaonis archi/
Archimagirus — magyro. Plerumqꝫ archimagyros. i.
cocoꝝ p̄ncipes ꝓ mgr̄is exercit⁹ ſcri/
Magiros — ptura ponit. Magyros quippe gre/
ce interp̄tat̄ occidere. Vendit⁹ eſt igit̄
ioſeph p̄ncipi exercit⁹ ꝛ bellatoꝝ nō pe
tefre: vt ī latino ſcriptū eſt: ſꝫ putipha/
ri eunucho. Ubi q̄rit̄ quō poſtea vxo/
rem habere dicat̄. Tradūt hebrei em/
ptū ab hoc ioſeph ob nimiā pulchritu/
dinē in turpe miniſteriū: ꝛ a dn̄o virili
bus eius arefactis: poſtea ereptū eſſe
iuxta morem gerophantarū. i. ſacra lo
quentiū in pontificatum eliopoleos: ꝛ
huius filiā eſſe aſenech: quā poſtea io/
ſeph accepit vxorem.

a ¶ Quia doctores fidei p̄dicauerunt eū in
mūdo. ¶ Et nos cū reuertimur ad propheti
cum ſermonem videmus: quia ſic oportebat
chriſtum pati ꝛ reſurgere.
Qui du͛xerūt eū in egyptū. Re/ a
uerſuſqꝫ rubē ad ciſternā / nō iue
a ¶ aptis ſacramentis
legis: đ2 iudeis: quia chriſtus ſurrexit.
nit puerū: ꝛ ſciſſis veſtib⁹ ꝑgens
a ¶ quaſi: q2 indignos vos feciſtis vel exhi
buiſtꝭ ꝟbo dei: trāſibo ad gētes. Act. xiij. g.
ad frēs ſuos / ait: Puer nō cōpa
ret: ꝛ ego quo ibo? Tulerūt autē
a ¶ In ſuſpitionē peccati vitā eius blaſphe
mantes quantū in ſe erat duxerūt.
tunicā e⁹: ꝛ ī ſanguine hedi quē b
a ¶ q2 apuđ hoīes eū infamabāt: apđ patrē
q̄ꝫ infamare volebāt dicētes nō eē filiū dei.
occiderāt tinxerūt: mittentes qui
ferrēt ad patrē ꝛ dicerēt: Hāc in/
uenim⁹: vide vtrū tunica filij tui
a ¶ teſtimoniū ꝑhibet filio pater: Hic eſt fi/
lius meus dilectus. Matth. iij. d.
ſit an nō. Quā cuꝫ agnouiſſet
a ¶ Innocētia. b ¶ ſeuitia iudaica.
pater / ait: Tunica filij mei ē: Fe/
Zel⁹ dom⁹ tue cōedit me. Pſ. lxviij. b. ¶ be
ra peſſima comedit eum: beſtia
ſtialis ppl̄s. ¶ Apertis ſacramētis.
a deuorauit ioſeph. Sciſſiſqꝫ veſti
a ¶ Singulis annis ex p̄rna traditiōe recor
datur eccl̄ia triſticiā apl̄oꝝ de morte chriſti.
b ¶ Plāct⁹ iacob ꝓphetic⁹ de morte xp̄i filij
pl⁹ luget iudeoꝝ ꝑditōeꝫ q̄ꝫ filij ſui paſſionē.
bus: indut⁹ eſt cilicio: lugēs filiū c
multo tp̄e. Cōgregatis aūt cūctꝭ
liberꝭ ei⁹ vt linirēt dolorē p̄ris: no
a ¶ q2 ptās p̄rna ꝑ filiū debellauit infernū.
b luit ꝯſolatōeꝫ recipe / ꝛ ait: Deſcē d
a ¶ de cecitate iudeoꝝ.
dam ad filiū meū lugens in infer
¶ Indurata perfidia iudeorū.
num. Et illo perſeuerāte in fletu: e
¶ doctores ex gentibus accepto fidei precio
chriſtū in vniuerſo mūdo predicauerūt.
¶ Als madianei.
madianitę vendiderūt ioſeph in f
a ¶ quia emit eū in diſciplinis eccleſiaſticis
caſtus ppl̄s qui ſub malis p̄ncipibus chriſti
ęgypto putiphari eunucho pha/ g
anam nouit exercere militiā.
raonis magiſtro militię. h

## Nico. de lyra

❧ habēt. xx. ſed falſa eſt lr̃a. Scribi/
bit̄ Prouerb. xxj. d. Nō eſt ſapiā: nō
eſt ꝯſiliū ꝯtra dn̄m / qđ expōnēs btūs
Greg⁹ in mora. dicit ꝙ hoīes ꝑ aſtuti/
as ſuas volētes impedire effectū ordi
B nationis diuine: p̄ter intētionē ſuā ꝓ
mouēt eū: ꝛ ponit exemplū de ioſeph
de quo de⁹ p̄ordinauerat ꝙ a fratrib⁹
adoraret̄: volētes hoc impedire frēs
ei⁹ vendiderūt eū vt dictū eſt: ꝛ ꝑ hoc
factū eſt vt cogerent̄ famis tp̄e venire
ad ioſeph ꝛ ipſum adorare. a ¶ Re/
uerſuſqꝫ rubē ad ciſternā. Neſci/
ebat enī ꝙ ioſeph fuiſſet vendit⁹: ꝛ iō
cū eum nō inuenit / credidit ꝙ ipſo ab
Queſtio — ſente frēs ex malicia extraxiſſēt eū de
fouea ꝛ īterfeciſſent. Sꝫ q̄rit̄ hic quo
abierat ruben qn̄ vendit⁹ eſt ioſeph?
Dicendū ꝙ abierat ad q̄rendū melio/
ra paſcua: vt frēs ſuos faceret elonga
re a fouea in q̄ erat ioſeph: vt ſic eis
abſentib⁹ melius poſſet extrahere io/
ſeph ꝛ reddere patri ſuo. b ¶ Tule
rūt aūt. Hic deſcribit̄ facti celatio ꝑ
fictionē mendacē ꝙ eſſꝫ a beſtia deuo
ratus: et patet lr̃a vſqꝫ ibi: c ¶ Lu/
gens filiū multo tp̄e. ſ. xxij. annis
qui vt dictū eſt fluxerūt a tp̄e venditio
nis ioſeph vſqꝫ ad deſcēſum iacob in
egyptū: q2 cū audiuit ꝙ ioſeph adhuc viueret ſtatim illuc de/
ſcēdit: vt habet̄. j. xlv. ca. d ¶ Deſcendā ꝛc. Hebrei expo
nūt in foueā vel ſepulchrū. Catholici aūt meli⁹ exponūt / dicen
tes in infernū. i. ad limbū ſctōꝝ patrū / q̄ eſt ſupior ꝑs inferni.
e ¶ Et illo ꝛc. et ſic iſte flet⁹ refert̄ ad iacob: In heb. habet̄
ſic: Et fleuit eū pater ſuus. Et ſm̄ hebreos refert̄ ad iſaac qui
adhuc viuebat vt p̄dictū eſt: ꝛ iō qn̄ vidit filiū ſuū iacob in tā/
Madianite ꝗ hiſmaelite — ta anxietate / fleuit cū eo. f ¶ Madianite ꝛc. Ex hoc dicūt
iudei ꝙ ioſeph ter fuit vendit⁹: q2 p̄mo frēs ſui vendiderūt eū
hiſmaelitis. xx. argēteis vt p̄dictū eſt. Scđo hiſmaelite vendi
derūt euꝫ madianitis q̄ erāt in eadē ſocietate cū eis. Et tertio
vēdiderūt madianite putiphari in egypto. p̄ciū tm̄ ſcđe vendi
tionis ꝛ tertie

tionis ꝛ tertie nō exp̄mit̄: tm̄ credendū eſt q̄ꝫ fuit mai⁹ ꝙ p̄me: L
q2 hmōi venditiōes facte ſunt ꝓ lucro. Sed veri⁹ videt̄ ꝙ nō
fuit vendit⁹ niſi bis: ſemel a fratrib⁹ hiſmaelitis vt dictū eſt: ꝛ
ſcđo ab hiſmaelitis putiphari egyptio: vn̄. j. xxxix. ca. dicit̄ ꝙ
putiphar emit eū de manu hiſmaelitarū. Ex quo ptꝫ ꝙ idē ho
mines hiſmaelite ꝛ madianite vocan
tur: ꝛ hoc ꝯcordat ei qđ. ſ. dictū ē ca.
xxv. ꝙ cethura q̄ fuit mr̄ madiā a quo
dicti ſunt madianite: ꝛ agar mr̄ hiſma
el / a quo dicti ſūt hiſmaelite / fuit eadē
mulier nūero. g ¶ Eunucho pha/ — Eunuch⁹
raonis. Eunuch⁹ aliqn̄ accipit̄ ꝓ ca/
ſtrato: aliqn̄ ꝟo ꝓ miniſtro vel ſeruo
alicui⁹ p̄ncipis: ꝛ vocat̄ talis eunuch⁹
eo ꝙ dꝫ eſſe caſtus et honeſt⁹: et h̄ mō
accipit̄ hic: vn̄. j. xl. ca. pincerna regis
ꝛ piſtor vocant̄ eunuchi. h ¶ Ma/
giſtro militū. Hebrei dicūt: mgr̄o
carnificū. In hebreo eī ſcribit̄ batha/
ahim ꝛ ſignificat ꝓprie mactantiū vel
laniantiū: et hoc pōt cōpetere militib⁹
q̄ hoīes īterficiūt in bello: ꝛ hunc ſen
ſum ſequit̄ nr̄a trāſlatio. Cōpetit etiā
carnificib⁹ qui mactāt aīalia: ꝛ hūc ſen
ſum ſequunt̄ hebrei: ꝛ q̄ſi in idē redit
dictum ioſephi qui in hoc loco dicit /
principi cocorum.

## Additio

¶ In ca. xxxvij. vbi dicit̄ in poſtilla
Cum hebraica lingua non habeat cri/
mine peſſimo.

¶ Additio. j. In hebraica lingua ī
hoc loco nō eſt dictio ſignificās crimē
peſſimū nec rixā: ſed ſolū eſt ibi dictio
ſignificāſ detractionē. eadē enī dictio
ponit̄ hic ꝛ infra Nume. xiij. d. vbi di
cit̄: Detraxerunt terre ꝙ eſſet mala: q̄
quidē detractio in hoc loco nō eſt ītel/
ligēda ſic ꝙ ioſeph īponeret aliqđ fal/
ſum fratribus: nec etiā ꝙ in hoc malo
qđ de fratrib⁹ patri denūciabnt inten D
deret denigrare famā eorum: ſed ſo/
lum hoc faciebat propter bonum fra/
trum vt ſcꝫ a patre corrigerent̄ / quod
non eſt pctm̄: nec etiā detractio ꝓprie
dicit̄ / ſed large: vt ī ſcđa ſcđe. q. lxxiij.
vn̄ ex hac cauſa p̄ncipaliter iacob dili/
gebat ioſeph: eo ꝙ videbat euꝫ celato
rē boni erga frēs: ꝛ iō ſequit̄ ſtatim:
Et iſrl̄ diligebat ioſeph ꝛc. Ad intelli
gentiam aūt huius qđ ſequit̄: Qm̄ in
ſenectute genuiſſet eū. Sciendū ꝙ in
lr̄a hebraica in hoc loco nō dicit̄: In
ſenectute genuiſſet: ſed dicit eo ꝙ fili⁹
ſenectutis eſſet ſibi: qđ expōnēs trāſ/
latio chaldaica ſic dicit: Iſrael autem
diligebat ioſeph eo ꝙ eſſet filius ſapi/
ens ſibi: vnde trāſlator intendit ſene/
ctutem in hoc ſignificare ſenſum ſeni/
lem: iuxta illud Sap̄. iiij. a. Senect⁹
etas venerabilis eſt ꝛc. Quod videt̄
rationabiliter dictum: nam non vide/
tur eſſe cauſa ſufficiens ad hoc ꝙ iſra/
el dilexiſſet ioſeph plus ceteris eo ꝙ
genuiſſet eum in ſenectute: nam Be/
niamin fuit genit⁹ in maiori ſenectute. Iſachar aūt ꝛ zabulon
nō excedebant in etate ipſum ioſeph niſi ꝑ annū vel modicū vl
tra vt poteſt haberi ex littera: ꝛ ideo cauſa hui⁹ dilectionis po
tius videt̄ attribuēda ſapiētie ſeu morib⁹ ſenilib⁹ / q̄ iā quodā
modo videbant̄ vigere in ip̄o ioſeph: ex hoc ꝙ licꝫ eſſet iunior
ceteris: iam tamen intendebat circa correctioneꝫ fratrum ma/
iorum: vnde dicit: Eo ꝙ filius ſenectutis eſſet: id eſt ſapiens:
vt dictum eſt: Or autem ſubdit ſibi: intelligendum eſt ex hoc
ꝙ iſta alijs nō publicabat: niſi ſolum patri ad quem correctio
pertinebat: ꝛ ideo ſolum patri principaliter conſtabat de ſa/
pientia ip̄ius ioſeph. ¶ In eodem ca. xxxvij. vbi dicitur
in poſtilla: Nudauerūt eum tunica talari ꝛc.

E **Additio. ij.** In hebreo habet̃: Expoliauerũt eũ ſua tunica ſerica: qḋ idẽ eſt ac ſi dicat tunica ſua.ſ.tunica ſerica. vñ ex h̾ nõ habet̃ ꝙ haberet duplicẽ tunicã nec ꝙ ſibi abſtraherẽt tñ vnã tunicã.ſ. illam ſericã quã iam fecerat ei pater in ſignũ maioris dilectionis: ⁊ iõ de illa ſolũ fit mẽtio: q2 erat magis ꝓcioſa ⁊ magis nota. vñ ⁊.ſ.eo.ca.dixit (pater: Tunica filij mei eſt.

**Replica** correctorij cõtra Burgẽ. In ca.xxxvij. vbi dicitur: Accuſauitq3 fratres crimine peſſimo: quod Burgeñ. volens exponere / dicit ꝙ in hebreo nõ habet̃ crimĩe peſſimo: ſ3 loco ei⁹ habet̃ dictio ſignificãs detractionẽ: ⁊ exponit de ioſeph qui proprie nõ detraxit fratrib⁹: ſed videt̃ Burgẽ. ꝑ ſenecta delyrare cũ illḋ qḋ dicit poni loco illius vbi nos habem⁹: Crimine peſſimo: ſe teneat ex ꝑte fratrũ accuſatoꝝ ꝑ ioſeph: nõ ex parte ioſeph accuſantis. Si igit̃ ponit̃ dictio ſignificans detractionẽ vt dicit Burgeñ. tunc ſenſus eſt: Accuſauit ioſeph detractiõe q̃ ſibiinuicẽ detraxerunt: ⁊ cũ detractio inter fratres procedat ex odio fraterno qḋ ⁊ peſſimũ genus vitij eſt: generaliter igit̃ loquendo nõ debuit Burgeñ. trãſlationem nr̃am notare: nec poſtillatorẽ qui exponit de rixa que fuit occaſio detractionis: vñ ſentẽtia lr̃e ſm expoſitionẽ Burgeñ. eſt ꝙ ioſeph accuſauit eos detractiõe que nõ eſt intelligibilis: ⁊ habet modũ delyramẽti. Qḋ aũt ſubdit de dilectiõe q̃ iacob ioſeph dilexit: q̄ſi cauſa hui⁹ dilectionis eſſet: q2 in ſenectute eũ genuiſſet: ⁊ h̾ videt̃ imponere poſtillatori qui tñ ita nõ exponit: ſed dicit ſenectutẽ iacob eſſe occaſionẽ illius dilectionis non cãm: q2 ſenes cõiter fragiles ⁊ defectuoſos gignũt. Ioſeph aũt in ſenectute genit⁹ nõ appuit fragilis / ſed potior alijs corꝑe morib⁹ ⁊ ſenſu: ita ꝙ videbat̃ aliq̇d diuinitatis in eo relucere. Hancq3 ob cauſam dixit poſtillator / ꝙ iacob eũ pre ceteris dilexit: ⁊ videt̃ poſtillator hunc modũ loquendi ex glo. ordinaria ſumpſiſſe: que hunc paſſum de deo patre ⁊ filio ĩ mũdi ſenectute generato allegorice exponit: a quo mõ exponẽdi ⁊ cãm dilectionis aſſignandi Burgeñ. non longe recedit: vt pt3 intuenti ſuã digreſſionem. G

¶ In eo.ca. vbi dr̃ ꝙ expoliauerũt ioſeph tunica ſerica: datur intelligi ſm poſtillatorẽ ꝙ habuit plures tunicas: vbi obijcit Burgeñ. neſcio q̇d: celare enĩ põt videri ioſeph plures tunicas habuiſſe: vnã quã intinctã in ſanguĩe hedi miſerũt ad patrẽ: aliam cũ qua vendiderunt eum. nõ eſt enĩ veriſimile nudũ eum venditũ fuiſſe: ſicq3 patet Burgeñ. ſepe facere vim de lana caprina.

## Glo. ordi.

F Queſtio Hiſtori. **E**Odẽ tꝑe. ¶ Ca. XXXVIII Aug⁹. Querit̃ quõ iſta fieri potuerũt. Si enĩ poſtea q̃3 ioſeph venit in egyptũ: quomodo intra.xx.et duos annos. Nã poſt tñ tẽporis colligit̃ in egyptũ ad ioſeph eos veniſſe cu3 patre ſuo: fieri potuit vt filij iude eius etatis poſſent omnes ducere vxores: Nã thamar nurũ ſuã mortuo primogenito alteri filio dedit: quo etiam mortuo / expectauit vt creſceret tertius: ⁊ cũ creuiſſet: nec illi dedit / timens ne et ipſe moreret̃. Vñ factũ eſt vt eidem ſocero ſe ſupponeret. Quomodo hec omĩa infra tam paucos annos fieri potuerunt merito querit̃: niſi forte (vt ſolet) ſcriptura ꝑ recapitulationẽ aliquot annos ante venditũ ioſeph hoc fieri cepiſſe intelligi velit: q2 ſic poſitũ eſt vt diceret̃: Factũ eſt aũt in illo tꝑe. Vbi tñ querit̃: ſi ſedecim annorũ erat ioſeph q̄ñ venditus eſt: quot annorum F potuerit eſſe iudas q̄rtus filius iacob / q̄ñ ipſe ꝓmogenitus ruben vt plurimũ fratrẽ ſuũ ioſeph.v.aut.vj. annis potuit ꝑcedere: Euidenter aũt ſcriptura dicit.xxx. annorum fuiſſe ioſeph q̄ñ innotuit pharaoni. Cũ ergo ipſo anno ſeptimodecimo venditus credat̃.xiij. annos in egypto ꝑegerat ignotus pharaoni. Ad hos aũt.xiij. acceſſerunt.vij. anni vbertatis / ⁊ facti ſũt xx. His addunt̃ duo anni famis: q2 ſcḋo anno famis intrauit iacob in egyptum cũ filijs ſuis decem: ⁊ ſunt.xxij. quibus abfuit ioſeph a patre ⁊ fratribus ſuis. Quo medio tẽꝑe quomodo fieri potuerunt de vxore ⁊ filijs ⁊ nuru iude / oĩa que narrant̃ inuenire difficile eſt: niſi forte credam⁹ mox vt adoleſcere cepit iudas / incidiſſe eũ in amorẽ eius quam duxit vxorem / nondũ vendito ioſeph. b ¶ Iudas a fratribus ⁊c̃. Hic
Allego. ſicut ceteri patriarche chriſtum ſignificat qui deſcendit ad baptiſmũ iohis. Hiras enĩ interpretat̃ vidẽs deum. Odollamites teſtimoniũ in aqua: q2 Iohẽs videns chriſtũ venientẽ ad
Ioh.i.d. baptiſmũ ait: Ecce agn⁹ dei ⁊c̃. Ad h̾ teſtimoniũ adheſit chriſto ſynogoga / quã ſignificat Sue filia chananei: quia ei danda erat terra humilis ꝓfeſſionis / quod interpretat̃ chanaan. Hec ꝗ̃ ſynagoga ꝓmo adheſit chriſto / q̄ñ petrus ⁊ andreas ⁊ ceteri iohis diſcipuli facti ſunt diſcipuli chriſti: q̃ ordine cõpleta ſunt / ſequẽs ſignificat hiſtoria: narrans quõ iudas intrauit ad thamar / que idẽ ſignificat quod Sue. c ¶ Que conce
Myſtice pit ⁊c̃. Genuit ſynagoga principes / qui ei tãq3 mariti prefuerunt: quorũ alij fuerunt nocentes / quos ſignificat her: qui interpretat̃ pelliceus. Pellis enĩ mortẽ ſignificat: q2 primi parentes pellib⁹ induti addicti ſunt morti. Alij inutiles / quos ſignificat onã: qui interpretat̃ meror eorũ / quibus.ſ.nõ ꝓſunt. d ¶ Tertiũ quoq3. Iſiḋ. Terti⁹ fili⁹ qui thamar nõ iungit̃ ſignificat tꝑs ex q̃ reges ꝺ tribu iude illi pplõ defecerũt. Erat q̇dẽ fili⁹ iude: ſ3 eũ thamar nõ accepit: q2 erat trib⁹ iuda / ſed de ea nemo regnabat. Vñ ſela interꝓtat̃ dimiſſio ei⁹. Nõ ꝑtinẽt ad hãc ſignificationẽ viri ſctĩ: q̃ l3 illo tꝑe fuerũt / ad nouũ ꝑtinẽt teſtamẽtũ: q̃ ꝓphetãdo vtiles fuerũt: ſicut dauid. Eo ſane tꝑe q̃ iudea ceperat ex iuda reges nõ hr̃e: nõ eſt cõparãd⁹ maior herodes in regib⁹ ei⁹: tanq3 marit⁹ thamar / qui alienigena. Nec ei ſacramẽto illo myſtice vnctiõis: tanq3 cõiugali federe coherebat. S3 extrane⁹ poteſtatẽ a romanis accepat: ſicut filij ei⁹ tetrarche: q̄ꝝ vn⁹ herodes / q̃ cũ pilato in paſſiõe dñi ꝯcordauit. Hi ergo alienigene a deo non deputabantur in regno myſtico iudeoꝝ: vt ipſi iudei publice clamarẽt: Nõ habem⁹ regẽ niſi ceſarẽ: Ioh.xix.c. Cũ enĩ de tribu iuda regnu3 defecerat: venturũ erat regnũ chriſti q̃

## ¶ Ca. XXXVIII.

¶ Anteq̃3 ioſeph eſſet venditus.
a **E**Odẽ tẽpore deſcẽdens a
b iudas a fratrib⁹ ſuis / diuertit ad virum odollamiten nomine hira. Viditq3 ibi filiam ho b
mis chananei vocabulo Sue. c
Et vxore accepta ingreſſus eſt
c ad eã. Que cõcepit ⁊ pepit filiũ: †
¶ Principes qui nocent. ¶ Pelliceus.
vocauitq3 nomen eius her. Rur
¶ Principes inutiles.
ſum ꝯcepto fetu: natũ filiũ noiã
¶ Meror eorum.
d uit onã. Tertium quoq3 peperit

## Nico. de lyra

**E**Odẽ tꝑe. ¶ Ca. XXXVIII Iſtḋ ca. ponit̃ ĩcidẽter iuxta vẽditiõ3 ioſeph: q2 vt dicũt hebrei filij iacob: vidẽtes patrẽ ĩcõſolabiliter afflictũ: eo ꝙ credebat ioſeph eſſe mortuũ: ceperũt eſſe moleſti iude: eo ꝙ dediſſet cõſiliũ de ei⁹ vẽditiõe: dicẽtes ei: Si ꝯſuluiſſes eũ totaliter dimittẽdũ: acq̇euiſſem⁹ tibi tãq3 ꝓncipaliori: maxĩe q2 ſedata paſſiõe ire in nobis / fuiſſemus ei cõpaſſi: ⁊ ſic reddit⁹ fuiſſet patri: ꝓpter qḋ iudas declinãs a fratrib⁹ ſuis ꝯtraxit cũ alijs amicitiã ⁊ inde accepit vxorẽ: ⁊ ideo ꝓmo deſcribit̃ Sue vxoris acceptio: ⁊ ſcḋo Sue nurus ĩpregnatio / ibi: Euolutis aũt multis diebus. Circa primũ dicit̃ ſic: b ¶ Viditq3 ⁊c̃. Hebrei dicũt hoĩs mercatoris. Dictio enĩ hebraica que hic ponitur equoca eſt ad ſignificãdũ aliquẽ deſcẽdẽtẽ de ſtirpe cham: ⁊ hũc ſenſum ſequit̃ trãſlatio noſtra: ⁊ ad ſignificandũ mercatorẽ: ⁊ hũc ſenſum ſequunt̃ hebrei. vñ ⁊ Prouerb.xxxi.d. vbi trãſlatio nr̃a habet: Cingulum tradidit chananeo: hebrei dicũt mercatori. c ¶ Vocabulo Sue. Non eſt nomen vxoris iude / vt aliqui credunt ⁊ male: ſicut melius pat3 in hebreo ſed eſt nomen patris illius vxoris: vt magis infra patebit: et patet littera vſq3 ibi: ✠ Fuit quoq3
Moraliter. a ¶ Eodẽ tꝑe ⁊c̃. Deſcẽdens iudas a fratribus ſuis: per quẽ ſignificat̃ clericus ſecularis vel religioſus deſcendẽs a culmine virtutis. b ¶ Viditq3 ibi filiã hoĩs chananei vocabulo Sue. Talis enĩ recedens a v̾tute / q2 parũ curat de deo: vult inter homĩes apparere: ⁊ ideo accipit vxorẽ.i. eccleſiã vel officij dignitatem ſimoniace: quod notat̃ ꝑ hoc ꝙ ipſa filia dicit̃ chananei.i. mercatoris. Chananeus enĩ in vna ſignificatõe ſignificat mercatorẽ: ⁊ ſic accipit̃ Prouer.xxxi.d. Sindonẽ fecit ⁊ vẽdidit ⁊ cingulũ tradidit chananeo: Et hoc modo accipit̃ hic. c ¶ Vocabulo Sue. Que interꝑtat̃ locutio: ꝑ qḋ deſignat̃ ꝙ eccl̃ia ſimoniace acq̄ſita / nõ eſt illius q̃ eã ſic acq̄ſiuit ſpõſa re / ſed tñ noĩe. † ¶ Que ꝯcepit ⁊ pe. ⁊c̃. Ex hac enĩ vxore iudas genuit tres filios: q̄ꝝ ꝓmus fuit nequã vt dicit̃ in textu. ſecũdus faciebat rem deteſtabilẽ: per qḋ pt3 ꝙ fuerũt peſſimi. de tertio nihil dr̃: ꝑ hoc deſignat̃ ꝙ fuit inutilis. Sic ꝓmotus ad eccl̃iam ſimoniace in illa facit peſſimos filios vel ĩutiles: ꝓmouẽdo clericos ſimoniace ſicut eſt ꝓmot⁹: Scḋ3 enĩ Phm.iiij. methaphy. vnũq̇dq3 generat ſibi ſilẽ: ⁊ ad ei⁹ punitionẽ aliq̄ñ ꝯtingit ꝙ ei⁹ ꝓmotio ſimoniaca declarat̃ ⁊ eccl̃ia ſua iuſte priuat̃: qḋ ſignificat̃ cu3 dicitur: ✠ Euolutis aũt

Diuiſio H Moralit

chriſti q̃ nõ obeſſet ⁊ multũ ꝓdeſſet: vñ.ĩ.xlix.b. Nõ deficiet princeps ex iuda/ donec veniet q̃ mittendus eſt. Illo enim tpe omne magiſteriũ iudeorũ ⁊ myſtica vnctio vnde chriſti voca/bantur defecerat/ quãdo ſm propheciam Danielis venit cui repoſitum eſt: Et vnctus eſt ſanctuſſanctorum oleo exultationis pre participibus ſuis: Hebreorũ.i.c.

Natus eñi herodis maioris tempore: paſſus in tpe herodis tetrarche. Huiusvenictis ad oues que perierãt do mus iſrael figurã geſſit iudas: cũ iret ad tondendas oues in thamnas: qđ iterptabat deficiẽs. Iã eñi defecerat princeps ex iuda: ⁊ oẽ magiſteriũ ⁊ vnctio iudeorum. Venit aũt cũ hyra odol/lamite. Odollamites interptat teſti/moniũ in aq̃. Cũ hoc teſtimonio dñs venit habẽs teſtimoniũ q̃dem maius iohãne. Sz ꝓpter ĩfirmaſ oues h teſti monio vſus eſt in aq̃. Hyras eñi iter ptat fratris mei viſio: vidit fratrẽ ſuũ Iohes, cognate eñi erãt maria ⁊ eli/ſabeth. Vidit q̃z dñm ⁊ deũ ſuũ: qꝛ ſi cut ait: Ex plenitudine ei⁹ accepit: vñ Matth.xi.b. Inter natoſ mu. nõ ſur re. ma. iohã. bap. qꝛ ex oĩb⁹ pnunciã tib⁹ xp̃m ipſe vidit: qꝛ mlti iuſti ⁊ ꝓphe voluerũt videre: ⁊ nõ viderũt Mat. xiij.c. Salutauit ex vtero: agnouit p fectius in colũba: ⁊ ideo tanq̃ odol/lamites phibuit teſtimoniũ in aqua.

a ¶ Iudas ⁊c. De iuda regia trib⁹ ꝓceſſit / q̃ diu pfuit iudaice plebi quã ſignificat thamar: q̃ interptat amari tudo: qꝛ amarã ſe in paſſiõe exhibuit

Moralit xp̃o. b ¶ Thamar. Iſid. Plebs iudaica cui de tribu iuda reges tanq̃ mariti dabant / q̃ amaritudo interp/ tat: qꝛ dño fellis poculũ dedit: Duo genera pncipũ nõ recto operantiũ in plebe. Vnũ qđ obeſt: alterũ qđ nõ ꝓ deſt: ſignificat ĩ filijs iude: quorum vn⁹ malign⁹ añ dñz/ alter fundabat ſemẽ in tra: ne fecũdaret thamar. Nec ſũt ampli⁹ q̃ duo genera hoĩm inutilia. Nocẽtes.ſ. ⁊ ꝓdeſſe nolẽtes: ⁊ ſi q̃d boni habẽt in hac vita: pdũt tanq̃ in terra fundẽtes: ⁊ qꝛ in malo peior eſt q̃ nocet q̃ q̃ nõ ꝓdeſt: iõ maior dicit malign⁹ nõ minor q̃ ſemẽ fundebat. Her q̃z interptat pelliceus q̃lib⁹ tu/nicis ĩduti ſunt pmi hoĩes: ĩ pena dã natiõis. Onam meror q̃bus.ſ. nõ ꝓ/ deſt: cũ habeat vñ ꝓſit. Maius ſo malũ ẽ ablate vite quã ſignificat pel/lis / q̃ nõ adiute qđ ſignificat meror: eorum: de⁹ tñ vtroſq̃ occidit: qꝛ regnũ a talib⁹ tollit. c ¶ Cõſolatione ſu ſce. Hiero. Et cõſolat⁹ iuda aſcendit ad eoſ: q̃ tondebãt oues: ipſe ⁊ hyras paſtor ei⁹ odollamites. Pro paſtore in hebreo amicus legit: ſed verbum ambiguũ: qꝛ iiſdẽ lr̃is vtrũq̃ ſcribit: ſed amicus rem paſtor room legitur.

Allegori. d ¶ Ad todẽ. oues. Stra. Venit dñs ad oues tondẽdas.i. pctis exo/

Cañ.4.a nerãdas: de q̃b⁹ dicit: Dentes tui ſic greges tonſarũ: thamar habitũ mu/tat. Nam ⁊ cõmutans interpretat. Mutat habitũ ⁊ nomen: ⁊ fit de ſy/nagoga eccleſia. Sed nomen amari/tudinis manet: nõ in qua fel dño mi/niſtrauit/ ſed in qua petr⁹ amare fle/uit. Nam ⁊ iudas ꝯfeſſio dicit. Con feſſioni ergo amaritudo miſceat / vt vera penitẽtia pſignet. Hac penitẽ/tia fecundet in oĩmbus gentib⁹ eccl'ia conſtituta. Oportebat enim pati chriſtum et reſurgere: et predicari in nomine eius penitentiã ⁊ remiſſionem peccatorũ per omnes gentes. Ha/bitus quoq̃ mere/tricis/ ꝯfeſſio peccatorum eſt. Thamar quip pe eccleſiam de gentibus vocatã ſignificat: ſedens cum hoc habitu ad portam enam: quod interpretat fons: quia curre/bat velut ceruus ad fontes aquarũ peruenire ad ſemen ab/rae. Illo nõ cognoſcente fecundatur: ſm illud Pſal.xvij.g. Populus quem non cognoui ſerui/uit mihi. Accepit in occulto anulum: monile ⁊ virgam: quia vocatione ſi/gnatur/ iuſtificatione decoratur/ glo rificatione exaltatur. Roma. viij.f. Quos aũt pdeſtinauit: hos ⁊ voca/uit/ ⁊ quos vocauit hos ⁊ iuſtificauit: ſed in occulto vbi cõceptio ſctẽ vber/tatis fit. e ¶ Que depoſitis ⁊c. Notandũ etiã in tpibus patriarcha/rũ certa ⁊ ſua fuiſſe veſtimẽta vidua/rũ: nec q̃lia ꝯiugatarũ. f ¶ Sedit in biuio. Hiero. Et ſedit ad portã enam q̃ eſt in trãſitu thãna. Sermo hebraic⁹ enã trãſfert ĩ oculos. Nõ ẽ igit nomẽ loci: ⁊ ẽ ſenſus: Sedit ĩ bi/uio: ſiue in

Viduarum veſtes

a ¶ Dimiſſio eius: qꝛ regnũ iudeorum poſtq̃ no cuit aut nõ ꝓfuit iudea reges habere deſijt.

quem appellauit ſelã. Quo nato parere vltra ceſſauit. Dedit autez
a iudas vxorẽ primogenito ſuo her/
a ¶ qꝛ peior eſt in neq̃tia nocẽs q̃ nõ ꝓficiẽs.
b noĩe thamar. Fuit q̃z her pmoge/ a
nit⁹ iude/ nequã ĩ ꝯſpectu dñi: ⁊ ab
a ¶ qꝛ taliũ poteſtas deſtructa.
eo occiſus ẽ. Dixit ergo iudas ad onã filiũ ſuũ: Ingredere ad vxorẽ fris tui: ⁊ ſociare illi / vt ſuſcites ſe/
a ¶ Per hũc ſignificãt qui ꝓdeſſe nolũt.
mẽ fri tuo. Illẽ ſciens nõ ſibi naſci filios: introiẽs ad vxorẽ fratris ſui:
¶ Sic iudei terreno intellectu verba legis ad ulterant ne auditores eorum chriſtiani fiant.
ſemẽ fundebat in terram: ne liberi fratris noĩe naſcerent. Et idcirco pcuſſit euz dñs: q rem deteſtabilẽ faceret. Q̃obrem dixit iudas thamar nurui ſue: Eſto vidua ĩ domo patris tui: donec creſcat ſela filius me⁹: Timebat eñi ne ⁊ ipſe moreret ſicut † frẽs ei⁹. Que abijt: ⁊ habita uit in domo pr̃is ſui. Euolutis aũt b
multꝫ dieb⁹/ mortua eſt Sue vxor c
c iude. Qui poſt luctũ ꝯſolatiõe† ſuſcepta aſcẽdebat ad tonſores oui/
a ¶ xp̃s. b ¶ fratris mei viſio.i.iohes bapti.
um ſuarũ/ ipſe et hyras opilio gre/
¶ Teſtimoniũ in aqua.
gis odollamita in thamnas. Nũciatũq̃ eſt thamar/ q ſocer illi⁹ aſcẽ/ d
d deret in thamnas ad tondendas e
e oues. Que depoſitis viduitatꝫ ve
a ¶ velamẽ eſt q̃ vtebant paleſtine mulieres.
b ¶ de ſynãgoga fit eccleſia.
ſtibus/ aſſumpſit tẽriſtrũ: ⁊ mutato f
f habitu ſedit in biuio itineriſ qđ ducit thãnã: eo q creuiſſet ſela: ⁊ non g
eũ accepiſſz maritũ. Quã cũ vidiſ/ſet iudas: ſuſpicat⁹ eſt eẽ meretricẽ. Operuerat eñi vultũ ſuum ne co/gnoſceret. Ingrediẽſq̃ ad eã/ ait: Dimitte me vt coeã tecũ: Neſcie/ †
a ¶ Iam eñi propter preuaricatiões poſt dorſum poſuerat ſynagogam.
bãt eñi q nurus ſua eſſet. Qua rñ dente: q̃d dabis mihi vt fruarꝫ ꝯcu
a ¶ Exprobatões pctĩ: q̃ penitẽti aĩe obijcit dñ dr: Quẽ fructu hũiſtis tũc ĩ q̃b⁹ nũc erubeſcitꝫ
bitu meo: Dixit: Mittã tibi hẽdũ de gregibus. Rurſumq̃ illa dicẽ/

# Nico.de lyra

※ a ¶ Fuit q̃z her ⁊c. Que autẽ fuerit ei⁹ neq̃tia ĩ textu nõ exprimit: ſz dicũt hebrei q fuit ſilis cũ neq̃tia fr̃iſ ſui onan: q̃ ĩ coitu cũ ſua vxore ſtude/bat fundẽ ſemẽ ĩ terrã.i. ext vaſ mulie bre: ſz h faciebat alio motiuo: qꝛ iſte her libidinoſe afficiebat ad ſuã vxorẽ thamar ⁊ iõ cauebat ne ĩpgnaret/ ne ex ei⁹ impgnatiõe ei⁹ pulchritudo mi nueret: ⁊ ne ei⁹ ꝯcubitu ad tp̃s pua/ret.ſ. cũ eẽt ꝓpinq̃ ptui ⁊ ĩ ptu iacẽs vſq̃ ad purificationẽ. Onã eñi frat ei⁹ ſilr faciebat ꝓpt h q ſciebat q pri mogenit⁹ fili⁹ aſcriberet fri defũcto/ vt in lr̃a dr: Et ideo vterq̃ interfect⁹ eſt a dño ⁊ identitas pene ſimilitudi ni atteſtat culpe. Ex iſto etiã loco pa/tet verum quod ſupra dictũ eſt.ſ. plura legalia eſſe obſeruata anteq̃ lex da/ret moyſi: qꝛ ĩter illa vnũ eſt de ſuſci tatiõe ſeminis fr̃is defũcti: vt habet Deut.xxv.b. b ¶ Euolutis aũt. Hic ꝯñr deſcribit ſue nur⁹ impgna/tio. ⁊ ſcđa eiuſdẽ ꝯdẽnatio/ ibi: Ecce aũt p⁹ mẽſes tres. Circa pmũ pz ſñia exceptis aliq̃bus verbis exponẽdis. c ¶ Mortua ẽ Sue v.iu. In he/breo hr̃: Mortua eſt filia ſue. ex quo pz qđ.ſ. dictũ eſt.ſ. q Sue ẽ nomẽ pr̃is vxoris iude. d ¶ Aſcẽderet ĩ thãnas. Iudicũ.xiiij.a. dr đ ſamſo/ne. Deſcẽdit ĩ thãnata: nõ eſt ꝯdictio qꝛ illa villa ſita eſt ĩ pendulo mõtis: ⁊ iõ ex vna pte accedit ad eã deſcẽdẽdo ſic fuit de ſãſone ex altera aſcendẽdo: ⁊ ſic fuit de iuda. e ¶ Ad tõdẽdas o. nõ manu ꝓpria ſz vt pẽſſet tõ/ſoribus: qꝛ tũc dñi ouiũ faciebãt ma/gnũ cõuiuiũ ſuis paſtorib⁹: vt hr̃.i. Reg.xxv. de nabal. f ¶ Aſſũpſit te. Veſtꝫ eſt linea q̃ mulieres vtebã/tur in eſtate: ⁊ dicitur a terotis: quia per attritionẽ fiunt ibi ruge multe. g ¶ Eo q creuiſſet ſe. Ex quo patet q mouebat amore ꝓlis habẽde.
※ Si dederis
※ b ¶ Euolutꝫ aũt mltꝫ di. ⁊c. Eccl'ia naq̃ ſimoniaci morit q̃ñ ea ꝓ/uat: ⁊ iõ ꝯuertit ſe ad tõdẽdas oues .i. ad rapiendũ bona ſimpliciũ p exq̃/ſitas malitias et fraudes. Sed q̃m abyſſus abyſſũ inuocat. Pſ.xli.b. Sequit: † ¶ Dimitte me vt co. ⁊c. Per h eñi q vadens ad tonſionẽ ouiũ cõmiſit inceſtũ/ deſignat q declinãs ad rapinã incidit freq̃nter ĩ luxuriam vel pctm̃ aliud ita graue.

Peccatũ filiorum iude
Al. † frater
Al's † accepta
Diuiſio
Thamnas
Tariſtrũ
Moralit

Euio/ſiue in cōpito: vbi diligētius de
bet viator aſpicere quo gradiatur.
a ¶ Miſit aūt iudas. Mittitur
pmiſſus hedus tāq̄ meretrici.i. ex
probratio pctī: per odollamitē tan/
mat.23.d. q̄ increpantē. Genimina viperarū
7c. Sed eā nō īuenit pctī exprobra
tio/quā mutauit ꝯfeſſionis amaritu
do. In hoc facto iude nō iuſticie cer/
nitur ſinceritas/ſed pmiſſionis fide
litas: ſi enī ſeruaret iuſticiā ſeruan/
do caſtitatē: non introiſſet vt opina/
batur ad meretricē. Sed qđ promi/
ſit / fideliter per paſtorem trāſmiſit.
b ¶ Que cū duceret. Iſid. Po/
ſtea vō publicis ſignis anuli moni/
lis 7 virge vicit temere iudicātes iu/
deos: quos iā iudas ſignificabat: q̄
hodie quoq̄ dicūt nō hūc eſſe pplm
chriſti nec abrae ſemen: ſed prolatis
documentis nr̄e vocationis/iuſtifi/
cationis / 7 glorificationis confun/
dunt: 7 nos magis q̄ ſe iuſtificatos
eſſe confitent. Pignora enī ſe ha/
bere refert eccl'ia: que accuſat a iu/
deis quaſi adultera legis: ſed oſten/
dit virgā/ſignū paſſionis: 7 monile
legitima legis: 7 anulū pignus im/
mortalitatis. c ¶ Qui agnitis
7c. Hiero. Cognouit aūt iudas 7c.
In hebreo habet: Iuſtificata eſt ex
me: nō q iuſta fuerit/ ſed q cōpatōe
illi⁹ min⁹ malefecerit: nō vaga turpi
tudine ſed reqrēdo filios. d ¶ In/
ſtante autē 7c. Qr primus qui
dicit çara manum emiſit 7 obſtetrix
coccinū ligauit/ 7 ipo manū retrahē/
te poſterior q̄ vocat phares manū
porrexit/ 7 naſcendo preceſſit: ſigni/
ficauit q iſrl' in opere legis manū ex
†56.diſ. c.dn̄s tenderet: 7 pphetarum 7 ipſius chri
ſti cruore pollutā contraheret. Po/
pulus vō gentiū poſtea prumperet
vt eſſent pmi nouiſſimi/ et nouiſſimi
pmi. e ¶ Quare diuiſa 7c. Hie
ro. Pro maceria Aquila 7 ſymma/
chus diuiſionē tranſtulerunt quod
hebraice dicit phares. Ab eo igitur
q diuiſerit membranulam ſecundi/
narū diuiſionis nomen accepit. Un
de 7 phariſei qui ſe quaſi iuſtos a po
pulo ſeparauerāt.i. diuiſi dicebant.
f ¶ Zara interpretat oriens.
Quia primus apparuit vel quia plu
rimi iuſti ex eo nati ſunt ſicut dicitur
in Paral.

## Ni.de ly.

a ¶ Si dederis mihi ar.i. va
diū. b ¶ Anulū tuū. In hebreo
habet ſigillū tuū: 7 in idē redit: quia
antiquitus anulo lr̄as ſignabāt: vt
habetur Heſter.viij.b. c ¶ Habe
at ſibi: certe mendacij arguere
nos nō poterit. In hebreo habe
tur: Habeat ſibi vt non ſimus de/
ſpectui: quod exponunt hebrei ſic:
Sit ſuū quod habet de meo: 7 non
requiras amplius eā/ ne factū iſtud
diuulgetur ad confuſionem meam.
d ¶ Ecce autem poſt tres men
ſes nunciauerunt iude/dicen/
tes. Hic deſcribitur ipſius thamar
condemnatio cū dicitur: e ¶ Di/
Sacerdot' filia forni/cans cōbu/ritur xitq̄ iudas: pdu. Ex hoc dicunt
hebrei q fuit filia melchiſedech ſa/
cerdotis: qr filia ſacerdotis fornicās
debebat cōburi: vt habet Leui.xxi.
Sed iſtđ videt falſum: qr.ſ. dixit ei
iudas

te: patiar qđ vis: ſi dederis mihi arrabo a
nē donec mittaſ qđ pollicerl': Ait iudaſ
Quid vis tibi p arrabone dari: Rn̄dit:
a ¶ ſignaculū ſecretorū. b ¶ fidei ſponſionem.
c ¶ iuſticiā fidei.
Anulū tuū 7 armillā 7 baculū quē ma/ b
a ¶ que ſub ātiq̄s īfecūda māſerat: nūc chriſto ſocia/
nu tenes. Ad vnū igit coitū ꝯcepit mu
ta filios diuſi generat meriti. a ¶ qr tpe pmitiue eccl'ie
lier: 7 ſurgēs abijt: depoſitoq̄ hitu quē
multi ex iudeis ad iudaicas reuerſi ſūt obſeruātias.
aſſumpſerat: induta eſt viduitatis veſti
a ¶ vt plebs iudaica veteri vite renunciaret.
b ¶ chriſtus. c ¶ exprobationē pctī. Matth.xxiij.d.
a bus. Miſit aūt iudas hedū p paſtorem
a ¶ dicentem: Genimina vipe.7c.
b ¶ vt ſacramenta cōmiſſa non perderet.
ſuū odollamiten: vt reciperet pign⁹ qđ
a ¶ qr iudea poſtq̄ firmiter adheſit chriſto: non ſedit
in biuio: nec fit mentio preteritorū delictorum.
dederat mulieri. Qui cū non inueniſſet
eā: interrogauit hoies loci illi⁹: Ubi eſt
mulier q̄ ſedebat in biuio: Rn̄dētibus
cūctis: nō fuit i loco iſto meretrix: reuer
ſus eſt ad iudā/ 7 dixit ei: Nō inueni eā:
ſed 7 hoies loci illi⁹ dixerūt mihi: nunq̄
a ¶ quaſi habeat pignora q̄ accepit: quā cōfeſſio pec/
ibi ſediſſe ſcortū. Ait iudas: Habeat ſi c
cati immunem fecit ab exprobratione delicti.
bi: Certe mēdacij nos arguere nō pote
rit. Ego miſi hedū quē pmiſerā: 7 tu nō
a ¶ poſt cōfeſſionē trinitatis accuſant iudei conuerſi
a nō conuerſis: tanq̄ poſt deos alienos abierint: 7 ſe
men abrae ſe nō fuiſſe monſtrauerint.
inueniſti eā. †Ecce aūt poſt tres menſes d
nūciauerūt iude/dicētes: Fornicata eſt
thamar nur⁹ tua: 7 videt vterus illi⁹ in/
a ¶ qui hic iudaicū pplm ſignificat: iniuſte condēnā
tē chriſtianorum fidem.
tumeſcere. Dixitq̄ iudas: Producite e
b eā: vt cōburat. Que cū duceret ad pe/
a ¶ accuſata a iudeis eccl'a: oſ̄dit i ſe eē cōpleta legis
nā: miſit ad ſocerū ſuū/dicēs: De viro
7 pphar ſacra: q̄bus cōprobat liberat ab infamia.
cui⁹ hec ſūt ꝯcepi. Cogſce cui⁹ ſit anul⁹
c 7 armilla 7 bacul⁹. Qui agnitl' muneri/
a ¶ laudat fides eccl'ie: cognoſcit enī regnū iudeor
bus/ait: Iuſtior me eſt: qr nō tradidi eā f
defeciſſe. a ¶.i. carnales non approbauit obſeruan
ſela filio meo. Attn̄ vltra nō cognuit eā.
tias. a ¶ figura duor populorum.
d Inſtante aūt ptu: apparuerūt gemini i
a ¶ iudaic⁹ q̄ manū in exteriorib⁹ exercuit pollutā ſan
vto: atq̄ in ipa effuſiōe īfantū/ vnus p
guie ſctōr 7 ipſi⁹ xp̄i. a ¶ figurā ſanguis effundēdi.
tulit manū: i q̄ obſtetrix ligauit coccinū g
a ¶ qr carnalia chriſto viuēte exercere nō potuerūt ſa
dicēs: Iſte egrediet por. Illo vō retrā/
crificia. a ¶ q̄ gentilē pplm ſignificat.
hēte manū: egreſſus eſt alt. Dixitq̄ mu
a ¶ ſecūdinarū mēbranula quā rupit cū manū emiſit
vt alter naſceret. Mirat ergo mater de hac cōtentiōe
q primus ſit nouiſſimus 7 nouiſſimus primus.
e lier: Quar diuiſa ē ppt te maceria: †Et h i
ob hāc cām vocauit nomen ei⁹ phares.
Poſtea egreſſus eſt frater ei⁹/ in cuius
f manu erat coccinū: quē appellauit çarā k

iudas: Eſto vidua ī domo patris G
tui. Melchiſedech autē iā diu an̄
erat defunctus: quia poſt natiui/
tatem iacob nō vixit ad plus niſi
quinquaginta annis/ vt ſupradi/
ctum eſt.xxv.ca. Iacob autē tem/
pore venditionis ioſeph erat.cv/
ij.annorum: vt patet ex predictis
ca.xxxvij. quia iacob quando de/
ſcendit in egyptū erat.cxxx. anno
rum: et venditio ioſeph preceſſit
illū deſcenſū.xxiij.annis: 7 ideo
dicendū q thamar nō cōmiſit for
nicationem ſimplicem/ſed adulte
riū: quia erat ligata ipſi ſela: nec
poterat alteri copulari: vt patet
Deutero.xxv.b. Adulteriū autē
morte puniebatur: 7 ſic fuiſſet tha
mar punita niſi pp̄ter iniuſticiam
ſibi factā excuſata fuiſſet a tanto 7
ſi nō a toto. vnde ſubdit: f ¶ Iu
ſtior me eſt.i. minus punienda
q̄ ego qui ſibi iniuſticiā feci/ ſub
trahendo ſibi copulā filij mei tem
pore debito cōpleto. Iudas autē
cum thamar ſimplicem fornicatio
nem cōmiſit: eo q meretricē eam
credidit nulli alligatā: quod pec/
catū nō erat morte puniendū: nec
per cōſequens factū thamar. Se/
quitur: g ¶ In qua obſtetrix
ligauit coccinum.i. filum ru/
beum: vt per hoc diſtingueret pri
mogenitū ab alio. h ¶ Quare
diuiſa eſt pp̄ter te maceria. Maceria
Id eſt pellicula in qua īuoluitur
puer in vtero matris quam rupe/
rat alius manum protendendo.
i ¶ Et ob hanc cauſam voca H
uit nomen eius phares. Qđ
ſonat diuiſionem. k ¶ Quem
appellauit zaram. Quod re/
ſonat refulgentiam: ex refulgen/
tia coccini in manu ei⁹ ligati.

## Additio

¶ In cap.xxxviij. vbi dicitur in
poſtilla: Dixit iudas: Producite
eam vt comburatur.

¶ Additio. Ex hoc aūt q dicit:
Eſto vidua: nō ſequit q thamar
non fuiſſet filia melchiſedech iam
diu ante defuncti: nā etiā poſtq̄
homo morit: preſertim ſi eſt ma/
gnus ſic melchiſedech: adhuc do
mus eius ſeu familia nominatur
nomine ſuo: ſicut domus dauid
pluries nominat poſt mortē ipſi/
us dauid. Sz reuera nō eſt veriſi
mile q ſi thamar fuiſſet filia tanti
viri ſicut mechiſedech q de hoc
nō fieret mētio: 7 tn̄ fuit facta mē
tio de noīe patris vxoris iude ſcz
Suha: ſupra in hoc ca. ſz quicq̄d
ſit de hoc/ nō videt q thamar cō/
miſit adulteriū pprie dictū/ad hoc
q morte debuiſſet puniri: mulie/
res enī q̄ erant ligate fratrib⁹ ſeu
cognatis cōiugis ſui defuncti ſi al
teri copularent licet illicite feciſ/
ſent: nō tn̄ morte puniebātur ſm
legē/ alioq̄n Noemi nō cōſuleret
Ruth nurui ſue vt remaneret in
terra moab 7 ibidē cū alio ꝯtrahe
ret: vt habetur Ruth.iiij. Erat
enī ligata ipi booz: vl' alteri de co
gnatione: nec etiā fuiſſet excuſata
thamar ab occiſiōe ſi adultra fuiſſ3
pp̄ter hoc

A ꝓpter hoc ꝙ nō fuerat data Sele. nō enī excuſat̄ mulier de adulterio ꝓpt̄ hoc ꝙ vir ſuꝰ nō vult ei reddere debitū: dato etiā ꝙ eēt adultera adhuc nō mereret̄ cōburi: ſ3 alia morte leuiori puniri. ſole enī filie ſacerdotū fornicātes ſeu adulterātes igne debebāt cōburi: vt p3 Leui. xxi. c. vn̄ ꝗdā hebreoꝝ dicūt: ⁊ videt̄ rōnabiliter ꝙ iudas erat ī loco ꝗſi pnceps: ⁊ ex ore ſuo fiebant iudicia: ⁊ ꝙ in hoc nō ſeꝗbat̄ aliꝗs leges iā factas: cū adhuc nō eſſent ſaltē diuine ſed iudicabat vt pnceps ſm iudiciū arbitrij ſui: qđ p3 ex hoc: nā ipſe ꝗſi ꝓpria aucte dicit: Producite eā vt comburat̄ ⁊ ꝯſequēter liberauit eā ſuo ꝓprio arbitrio iudiciali dicēs: Juſtior me eſt ⁊c. ꝗ quidē excuſatio nulla eſſet ſm legem diuinā poſtea datam.

## Replica

Replica correctorij ꝯtra Burgeñ. In ca. xxxviij. vbi poſtillator improbat opinionē hebreorū dicentiū thamar fuiſſe filiā melchiſedech. Burgeñ. concordat cū eo in ꝯcluſione: ſed rationes nō obligant ad id ſentiendū: ſed ſunt quedā ꝑſuaſiones. cum aūt poſtillator dicit thamar adulteriū cōmiſiſſe: per ꝯſequēs morte plectendā: ſed nō cōburendam. Burgeñ. nitit̄ eam excuſare de adulterio: quia fuit iūcta alteri ꝗ̄ propinquiori prioris mariti / qđ ꝗ̄uis fuit illicitū: nō tamē fuit adulteriū. Notum quod Burgeñ. hic dicit ſtaret: ſi coniunctio et cōmixtio fuiſſet in ſpecie matrimoniali quod nō fuit in ſpecie ſcorti: ideo fuit nota adulterij proprie dicti: ſed fuit excuſata de tanto nō de toto ⁊c. C

## Glo. ordi.

B Igit̄ ioſeph. Ca. XXXIX Aug⁰. Ad ordinē redit ſcriptura vnde receſſerat eoꝝ ꝗ ſupra geſta ſunt. b ¶ Fuit
Moralit̄ ꝗ̄ dn̄o. ⁊c. Greg⁰. Multi humana ſapiētia inflati dum deſiderijs ſuis diuina iudicia ꝯtraire aſpiciūt / aſtute reluctare conant̄: vt ad votū ſuū ſupne diſpoſitiōis vim intorqueāt: ſed inde volūtatē dei ꝑagūt vn̄ mutare ꝯtendūt ⁊ cōſilio dei reſiſtētes obſequunt̄: q2 hic eiꝰ diſpoſitiōi militat / qđ ꝑ humanū ſtudiū reſultat.
i. Cor. 3. d vn̄: Qui cōprehēdit ſapiētes ī aſtutia eorū. Joſeph ſomniū viderat ꝙ manipuli fratrū manipulū ſuū adoraret: ⁊ ſeipm̄ ſol ⁊ luna cu3 ceteris ſtellis. Cunꝗ̄ frēs ſubijci eiꝰ dominio metuerēt: in puteū deponunt ⁊ hiſmaelitis vendūt. Qui in egyptū ductꝰ / ſeruituti ſubditꝰ / luxurie accuſatiōe dānatus / caſtitat̄ merito adiutus / ꝓphetie iudicio ereptꝰ / omni egypto ꝑlatꝰ eſt. Per ſupnā ꝟo ſapientiā ꝓuidus frumēta cōgeſſit: ⁊ futuro periculo neceſſitat̄ obuiauit. Cūꝗ̄ ī orbe fames inhorruit / iacob filios in egyptū miſit: ꝗ frumentoꝝ diſpēſationi ioſeph ꝑpoſitū inueni-
B unt: quē vt alimēta mererent̄ cōpulſi ſunt adorare. Joſeph ab eis venditus fuerat ne adoraret̄: ⁊ adoratꝰ eſt q2 vēditus: ⁊ coacti ſunt dei voluntatē ꝑagere: q2 moliti ſunt cōmutare. Juſtus quoꝗ̄ ⁊ miſericors deus / mortaliū facta diſponēs / alia cōcedit ꝓpitius / alia ꝑmittit iratus: ⁊ que ꝑmittit iratꝰ / ſic tolerat vt in cōſilij vſu3 vertat. Unde fit vt qđ ſine volūtate dei agit̄: volūtati dei ꝯtrariū nō ſit: q2 dum in bonū vſum mala facta vertunt̄ / eius ꝯſilio militāt / etiā ꝗ repugnāt: vn̄ Pſ. cx. a. Magna opera dn̄i exꝗſita in. o. v. e. Sic enī opa magna ſunt: vt ꝑ om̄e qđ agit̄ ab hoībus eiꝰ voluntas exꝗrat̄. Nā ſepe inde ꝑficit̄ vn̄ repelli putat̄: vn̄ Pſ. cxxxiiij. b. Oīa quecūꝗ̄ voluit deus fecit in celo ⁊ in terra. Hinc ſalomon ait Prouerb. xxi. d. Nō eſt ſapiētia: nō eſt prudētia: nō eſt ꝯſiliū ꝯtra dn̄m. In cūctis ergo ꝗ agimus / vim ſupne volūtatis inꝗramus / cui co-
Nota gnite debemꝰ famulari: ⁊ ꝗſi ducē itineris ſequi ne etiā nolētes ſuiamꝰ ei. Uitari enī vis ſupni ꝯſilij nō pōt: ſ3 magna ſibi virtute hāc tēperat: ꝗ ſe ſub eius nutibus refrenat: eiuſꝗ̄ pōdera leuiat: qui volēs portat. c ¶ Poſt multos itaꝗ̄ di. Greg⁰. Qui mūdi ſucceſſibꝰ eleuatꝰ / luxuria ſe tēptari ſenſit: ioſeph ad memoriā reuocet̄: ⁊ ſe ī arce caſtitatis ſeruet / ꝗ ait: Ecce dn̄s meus oībus mihi traditis ignorat ⁊c. Ubi p3: q2 bona que aſſecutus fuerat / repēte ad memoriā retulit: ⁊ malū qđ pulſabat euicit. Cū enī voluptas tēptat ī ꝓſperis / ipſa ſūt opponēda tēptatiōi vt eo erubeſcamꝰ praua cōmittere: ꝗ nos a deo meminimus gratuita bona ꝑcepiſſe: q2 enī voluptas ex ꝓſperitate naſcitur: eiuſdē conſideratione feriat̄. d ¶ Iniecit
Allegori. domina ſua. Iſid. Allegori. Hec figura eſt ſynagoge: que ſepe mechata eſt poſt deos alienos: et volebat chriſtū in adulterij ſui ſcelere detinere / vt negaret ſe deū eē: ⁊ phariſeorum magis

I Igit̄ ioſeph Ca. XXXIX ductus eſt in egyptū / emit ꝗ̄ eum putiphar eunuchus pharaonis / pnceps exercitꝰ / vir egyptius de manu hiſmaelitarū / a ꝗbus ꝑductus
b erat. Fuitꝗ̄ dn̄s cū eo: ⁊ erat vir ī cūctis ꝓſpere agēs. Habitabatꝗ̄ ī domo dn̄i ſui: qui optime nouerat eſſe dn̄m cū eo: ⁊ oīa ꝗ gereret ab eo dirigi ī manu illiꝰ. Inuenitꝗ̄ ioſeph gratiā corā dn̄o ſuo / ⁊ miniſtrabat ei. A quo ꝑpoſitus oībus gubernabat creditā ſibi domū ⁊ vniuerſa ꝗ † tradita ei
c fuerant. Bn̄dixitꝗ̄ dn̄s domui egyptij ꝓpter ioſeph: ⁊ m̄ltiplicauit tā in edibus ꝗ̄ in agris cūctā eiꝰ ſubſtātiā.
d e Nec ꝗcꝗ̄ aliud nouerat: niſi panē ꝗ veſcebat̄. † Erat āt ioſeph pulchra fa-
f c cie ⁊ decorꝰ aſpectu. Poſt m̄ltos itaꝗ̄
d dies: iniecit dn̄a oculos ſuos ī ioſeph /

¶ Redit ad ordinē ſuperiorū.
a ¶ id eſt chriſtus predicatus per mundum. ¶ precio fidei.
a ¶ Caſtus ī fide ppl's qui aliqñ cogit̄ mūdanis ſeruire pncipibꝰ.
a ¶ quia gentes gentibus xp̄m annunciauerūt.
¶ pater ¶ filio. ¶ factis vel dictis.
a ¶ Eccleſia.
a ¶ dei cuius xp̄s ſeruus ſm carnē.
¶ quecūꝗ̄ faciet ꝓſperabunt̄.
a ¶ chriſtꝰ ſpecioſus forma ꝑ filijs ho. pſ. xliiij. a. in cuius manu omnia dirigunt̄.
a ¶ ſynagoga. b ¶ Luxuria ꝗ pudicitiā infeſtare tēptat: ſed vir caſtus bona ſibi collata ad memoriam reducit: ⁊ tēptationē qua pulſat̄ euincit.

## Glo. ordi.

rū magis ⁊ ſcribaru3 ꝗ̄ legis ꝑcepta ꝑuaret / ꝗ illi velut maritꝰ erat. Sed nō acquieſcēs illicite doctrine ſynagoge: manu veſte corporis apprehēſus: carne ſe exuit ⁊ liber in celū aſcēdit. Calūniata eſt mere trix: vbi tenere nō potuit dicēs: ꝙ tēplū dei blaſphemaret / ⁊ leg̃ trāſgreſſor eēt. Illū āt carcer nō terruit / nō īferna tenuert̄. Ubi enī veluti punicdꝰ deſcēderat: īde alios liberauit.

## Nico. de lyra

I Igit̄ ioſeph du. Ca. XXXIX Poſito incidēti reuertit̄ ſcp̄tura ad hiſtoriā ioſeph deſcribēdo eiꝰ ꝓmotionē ⁊ ꝑmo ī domo putiphar̃: ſcđo in domo reg̃. xli. ca. Adhuc ꝑmo deſcribit̄ ioſeph ꝓmotio digna. ſcđo eiꝰ
Diuiſio īcarceratio iniuſta / ibi: Cūꝗ̄ vidiſſet mulier. Circa ꝑmū oñdit̄ ipiꝰ ioſeph fidelitas: ⁊ ſcđo caſtitas / ibi: Erat āt ioſeph. ⁊ ħ duo faciebāt eū
al. † credita dignū. Circa ꝑmū d3: b ¶ Fuitꝗ̄ dn̄o. ⁊c. largiendo ſibi grām ſuā: ⁊ erat acceptꝰ deo ⁊ hoībꝰ: qđ ꝑ effectū ⁊ exteriora ſigna ꝯgnouit dn̄s
D ſuꝰ: ꝓpt̄ qđ oīa ꝗ erāt in domo ſua diſpēſāda ſimplr̄ cōmiſit gubernationi ipiꝰ. c ¶ Bn̄dixitꝗ̄ ⁊c. in bonis tpalibꝰ notabilr̄ multiplicādo. d ¶ Nec ꝗcꝗ̄ ⁊c. ſ. dn̄s io-
† i. re. 16. b ſeph đ oībꝰ ꝗ hēbat dimittēs curā eoꝝ ipi ioſeph. e ¶ Niſi pa. ⁊c. .i. cibū ſuū ꝗ noīe panis ītelligit̄. oīm̄ enī ſero petebat ioſeph a dn̄o ſuo ꝗd ī craſtino vellet comedere: ⁊ de ħ ſolo dn̄s ioſeph diſpōebat. f ¶ Erat aūt io. Hic đſcribit̄ eiꝰ caſtitas: q2 cū eēt corpe gratioſus ⁊ a dn̄a ſua inſtāter pulſaret̄ ⁊ ꝗſi cōtinue de fractione caſtitatis: nullo tn̄ mō acꝗeuit: ſ3 magis mulieri ſuaſit vt ſuam paſſionē refrenaret: ⁊ p3 lr̄a vſꝗ̄ ibi: Accidit ⁊c.

Moralit̄ Moraliter. a ¶ Igit̄ ioſeph du. eſt ī egy. ⁊c. Joſeph aūt vēditꝰ in ſuū / eſt exēplū morale cuilibet īnocēti: quē aliqñ deꝰ ꝑmittit capi ad ꝓbationē ſue patiētie / ⁊ in ſeruū vēdi: ꝓpt̄ qđ d3 exēplo ioſeph dn̄o ſuo ſuire fidelit̄ ⁊ caſte. i. Pet. ij. c. Serui ſubditi eſtote ī oī timore dn̄is / nō tm̄ bonis ⁊ modeſt̃ ſ3 etiā diſcholꝭ: hec ē eī grā ⁊c. Et ꝓ fidelitate ⁊ caſtitate ſeruāda d3 ſi neceſſitas occurrat exēplo ioſeph carcerē ⁊ adūſa oīa ſuſtinere. Uerūtn̄ q2 deꝰ facit cū tēptatiōe ꝓuentū vt fideles ſui poſſint ī aduerſitate ꝯſolari: iđ dn̄s dedit grām ipi ioſeph ꝑmo in ꝯſpectu dn̄i ſui ad ꝯſolādū ipm̄ ī labore ſuitutis. ſcđo in ꝯſpectu cuſtodis carceris ad ꝯſolandū ipm̄ in afflictione recluſionis: ⁊ de tali ꝯſolatiōe ſperare d3 ꝗ ꝓ veritate affligit̄. ¶ Aliter pōt dici ꝙ ꝑ ioſeph ꝗ interꝑtat̄ accreſcēs ſignificat̄ iuuenis ſecularis hūiliter et deuote ſeruiēs parētibꝰ ſiē dn̄is ſuis: meliorē tn̄ deſiderat vitā ꝑ ingreſſum religiōis: ſ3 amor carnalis parentum ⁊ petulantia carnis ipſum ab hoc ingreſſu retrahunt: ⁊ ad contrahendu3 carnale matrimonium inducunt: quod notatur per hoc qđ de muliere egyptiaca dicitur: Et ait. ipſi ioſeph

Moralit. beravit. a ¶ Qui relicto ⁊c. Sic nos tēptāt carnis illecebre ⁊ ſuccu/tiunt veſtē carneā. Sed vir caſtus mauult oīa vincula dirumpere ꝙ ſe turpitudī ſbiugare.

Allegori. ¶ Greg. Alr. Qui relicto in manu ⁊c. Quia dū ſynagoga chriſtū purū hominē cre/dens adulterino cōplexu ꝯſtringere voluit: ipſe tegimē lr̄e oculis ei⁹ ob/iecit / et ad cognoſcendā diuinitatis potentiā ꝯſpicuū ſe gentibus prebu it. Unū/ vſqȝ hodie dū legit̄ moyſes

Al's nō hȝ † loqbatur velamen eſt ſup oculos cordis eoꝝ: qꝛ ſcȝ adultera palliū retinuit: ⁊ quē male tenebat nudū amiſit.

## Nico.de lyra

a ¶ Accidit ⁊c. Dicit ioſephus ꝙ illa dies erat valde ſolennis egy/ptijs: ⁊ in ea congregabant̄ oēs ad phanū idoli preter ioſeph q̄ erat dei cultoꝛ: ⁊ ideo predicta mulier tūc fin xit ſe īfirmā vt remāeret domi: ⁊ ha beret maiorē oportunitatē inducen/di ioſeph ad cōcubitū ſuū: quod ⁊ fe cit. Primo verbis deprecatorijs: po ſtea cōminatorijs dicens ꝙ illū accu ſaret: ſicut ⁊ poſtea fecit/ niſi ſibi acq̄ eſceret: ⁊ tandem nimio libidinis ar dore ducta: accepit eū ꝑ veſtimēta/ vt cum importunitate nimia eum indu ceret ad opus nefarium: ſed ipſe dei timore ac caſtitatis amore predicta cōtempſit/ ⁊ relicto pallio ſuo in ma nib⁹ mulieris foras exiuit. b ¶ Cū

Diuiſio ꝙ vidiſſet. Hic cōſequēter deſcri/bitur ei⁹ incarceratio iniuſta vt pro/baret̄ eius patientia: ⁊ qꝛ ſm̄ Aplm̄ deus facit cum tēptatōe ꝓuētū: ideo primo deſcribit̄ eius incarceratio. ſcōo diuina conſolatio/ ibi: Fuit aūt dn̄s cū ioſeph. Circa primū ꝑmittit̄ accuſatio ei⁹ falſa: ꝑmo erga hoīeſ de domo dn̄i ſui: ⁊ pȝ lr̄a: ſcōo erga do minū / cū ſubdit̄: c ¶ Ingreſſus

Al's † mltū eſt ad me ⁊c. Ac ſi diceret: lȝ ſit ſer uilis cōditōis et aliene gētis: tn̄ igra tus tuis bn̄ficijſ voluit tibi tm̄ vitupe riū facere. d ¶ His auditis ⁊c. Quia abſqȝ examinatōe debita inno centē cōdēnauit ad carcerē. e ¶ Fu

Diuiſio it aūt. Hic ſubdit̄ diuina cōſolatio erga ioſeph/ ne nimia triſticia abſor/beret̄. ⁊ ꝑmo deſcribit̄ ei⁹ cōſolatio in pene mitigatōe. ſcōo in mētis ipſi⁹ illuminatione

## Glo.ordi.

His itaqȝ ⁊c. b ¶ Duo eunuchi. Iſid. inuenit io/ſeph duos eunuchos in car/cere. i. duos ppl'os fideliū ⁊ infide/liū qui ſub peccato ade trāſgreſſiōi obnoxij tenebant̄. Eunuchi dicti: qꝛ caſtā acceperant regulaȝ diſcipline. Ps. xi. b. Eloquia dn̄i eloqa caſta. Sed poſt trinā lucē dn̄o ab inferis reſurgente/ ⁊ legis obſcura tanqȝ io ſeph ſomnia reuelante: ſolutus eſt a pctīs ⁊ carcere inferni credentiū po puli ⁊ miniſterio diuine legis reddi tus. Incredulus aūt iudeoꝝ ppl's: qꝛ in conuerſione ligno nō credidit: tranſgreſſionis ligno ſuſpenditur.

Pincerna. c ¶ Pincerna regiſ. Hiero. Ubi nos poſuimus principem vinario/rum: in heb. habetur meſeth: illud verbū quod in noīe ſerui abrae du/dum legimus qō nos poſuimus mo re vulgi vocare pincernā: ⁊ vſqȝ ho/die apud

⁊ ait: Dormi mecū. Qui nequaqȝ acq̄ eſcēs opi nefario/ dixit ad eam: Ecce dn̄s me⁹ oībus mihi traditis ignorat q̄d habeat in domo ſua: nec quicqȝ eſt qō nō in mea ſit ptāte/ vl̄ nō tradide/rit mihi ꝓter te que vxor ei⁹ es: Quō ergo poſſū malū h̄ facere: ⁊ peccare in

a ¶ ſic incētiua libidinū frequēter īpetūt caſtitatē.

dn̄m meū: Huiuſcemodi verbis ꝑ ſin gulos dies † loquebat̄: ⁊ mulier mole ſta erat adoleſcēti: ⁊ ille recuſabat ſtu prū. Accidit aūt quadam die vt intra a ret ioſeph domū: ⁊ operiſ q̄ppiā abſqȝ

a ¶ qꝛ ſolitudo ſceleri oportuna videbatur.

arbitris faceret: ⁊ illa apprehenſa lāci † nia veſtimēti ei⁹ diceret: Dormi mecū.

a Qui relicto in manu illi⁹ pallio/ fugit: ⁊ egreſſus eſt foras. Cūqȝ vidiſſet mu b

¶ velamen lr̄e.

lier veſtē ī manib⁹ ſuis/ ⁊ ſe eſſe ꝯtēptā vocauit hoīes dom⁹ ſue et ait ad eos: En introduxit vir hebreū vt illuderet nobis. Ingreſſus eſt ad me vt coiret

a ¶ quē nō potuit cōtaminare veriſilibus coniectu ris nititur infamare.

mecū. Cūqȝ ego ſuccłamaſſeȝ/ ⁊ audiſ ſet vocē meā: reliq̄t palliū qō tenebā:

¶ ad gentes.

⁊ fugit foras. In argumētū ergo fidei b retētū palliū oſ̄dit marito reuertēti do mū/ ⁊ ait: Ingreſſus eſt ad me ſeru⁹ he breus quē adduxiſti vt illuderet mi/hi. Cūqȝ vidiſſet me clamare: reliquit pallium et fugit foras. His auditis d dn̄s ⁊ nimiū credulus verbis ꝯiugis/

a ¶ deſcendit chriſtus in infernum. ¶ innocentem ad penam nocentium.

irat⁹ eſt valde: tradiditqȝ ioſeph in car cerē vbi vincti regis cuſtodiebant̄: et erat ibi clauſus. Fuit aūt dn̄s cuȝ io/ e

a ¶ qꝛ chriſtus inter mortuos liber.

ſeph: ⁊ miſertus eſt illi⁹: deditqȝ ei grāȝ f g

a ¶ ſui: ſine cui⁹ nutu nec puniūt̄ mali: nec coronāt̄ boni. a ¶ qꝛ tradita eſt xp̄o ptās ſupnoꝝ ⁊ īfernoꝝ.

in ꝯſpectu ꝑncipis carcer̄. Qui tradi dit in manu ipſi⁹ vniuerſos vinctos q̄ in cuſtodia tenebāt̄: ⁊ q̄cq̄d fiebat/ ſub ipo erat: nec nouerat aliquid cūctis ei creditis. Dn̄s eni erat cū illo: ⁊ oīa ei⁹ opa dirigebat.

## Ca. XL

His itaqȝ geſtis accidit vt h

¶ qꝛ peccauerūt duo ppl'i origina/liter ⁊ actualiter: ⁊ ideo in infernū q̄ſi in carcerem retruſi.

peccarēt duo eunuchi pin i cerna regis egypti et piſtoꝛ dn̄o ſuo. Iratuſqȝ eſt pharao ꝯtra eos. Nā al/

a ¶ gentilis: q̄ muſtū dilectionis ꝓpinauit dilecto

ter pincernis preerat: alt̄ piſtorib⁹. Et

a ¶ iudeus: qui apud Hieremiā lignū mittit in pa nem vite: Hiere. xi. d.

miſit eos in carcerem principis militū k

illumīatiōe. xl. ca. Circa ꝑmū dicit̄: g Fuit aūt dn̄s cū ioſeph/ ei⁹ firmādo patiētiā. f ¶ Et miſert⁹ eſt illi⁹. Ad pene mitigatiōeȝ. g ¶ Et de/dit ei ⁊c. Quia amouit ſibi ferra/mēta: ⁊ dedit ſibi meliorē dietā/ vt poſſet alios clauſos in carcere viſi/tare et cuſtodire.

Moralit. † ¶ Et ait. Ipſi ioſeph. † ¶ Dormi mecū ⁊c. Et aliqn̄ in ualeſcit tēptatō: qō notat̄ cū ſb̄dit̄: † ¶ Et illa apphēſa ⁊c. Et tunc debet relinquere palliū. i. ſecularē habitū ⁊ fugere ad locū religioſuȝ: ſm̄ illō Ps. liiij. b. Ecce elongaui fugiens ⁊ manſi in ſolitudine.

Diuiſio His itaqȝ ge. Ca. XL Hic ꝯſeqnter ponit̄ diuina ꝯſolatio erga ioſeph in illu ſtratione mentis in cognitione oc/cultorū: vbi ꝑmo deſcribit̄ incarce/ratorū viſio: ſecundo viſionis nar/ratio ⁊ interpretatio/ ibi: Ad quos cum introiſſet ioſeph: ⁊ tertio inter pretationis impletio/ ibi: Et exin/de dies tertius. Circa primū dici/tur h ¶ Accidit vt pec. ⁊c. i. mi niſtri regis. i ¶ Picerna re. ⁊c. Quid aūt fecerit nō dicit̄ in lr̄a: ſȝ hebrei dicūt ꝙ pincerna nō fuit di/ligēs ī cuſtodia pot⁹ regis: qꝛ inuē/ta eſt ibi muſca. Piſtoꝛ aūt in h̄ ꝙ in pane regis inuēt⁹ eſt lapis pu⁹: ſȝ iſta cā eſt inſufficiēs ad mortē ho minis: qꝛ piſtoꝛ ſuſpēſus eſt/ vt dꝛ j. ⁊ iō iſte cauſe videt̄ eſſe ficticie: ⁊ iō magis credibile eſt ꝙ fuerint re/gi accuſati de īfidelitate in officijs ſuis/ qō freqnter accidit in regū cu/rijs. k ¶ Miſit eos ⁊c. Donec diligēti⁹ examīarēt̄ accuſatōeſ eoꝝ.

In quo

ducim⁹ ⁊c. b ¶ Oēs filij vnius ⁊c. Ioſeph enī vt dicunt hebrei imponēs illis culpā explorationis: inducebat ꝓ argumento ꝙ videbant̄ eſſe cōgregati de diuerſis locis ad inuicē ꝯfederatis: vt ſic infirma terre denūciarent̄ plurib⁹ gētib⁹: ⁊ ſic ꝯ egyptios ꝯueniret magn⁹ exercit⁹. Inducebat etiā ad idē ſe intellexiſſe ꝙ duo de ip̄is vnū caſtrū deſtruxerāt ī terra chanaā. ſ. ſichem: vt ſ. dictū ē. xxxiiij. d. Ad q̄d rn̄derūt dicētes: Filij vni⁹ viri ſum⁹ ⁊ ſic nō ſum⁹ ꝯgregati ex diuerſis loc꜀: ſic̄ iponit̄ nobis. Cōtra q̄d arguit ioſeph dicens: i ¶ Aliter ē: Immunita ⁊c. q; illi q̄ veniūt pacifice ad emēdū bladū / ītēdūt ſolū negotio ꝓ q̄ veniūt: ſ; vos diſcurritis ꝑ vicos ⁊ plateas ciuitat꜀ portas ⁊ muros ꝯſiderādo: ⁊ ſ̄m ꝟitatē ꝑ ciuitatē diſcurrerūt ad vidēdū ſi poſſent inuenire ioſeph fratrē ſuū vt eū redimerēt ⁊ ſecū reducerēt ad p̄rem: q; iſta intētiōe deſcēderāt ī egyptū: vt. ſ. dictū ē: ⁊ iō ad excuſandū ſe ꝺ illo circūitu dixerūt: k ¶ Duodeci inquiūt ⁊c. ac ſi dicāt: ſi velis illuc mittere īuenies h̄ verū eē. l ¶ Minim⁹ cū p̄re no. eſt ad ei⁹ ꝯſolationē. m ¶ Ali⁹ nō ē ſuꝑ. i. neſcim⁹ ſi viuit. q; ꝑdit⁹ ē iā diu et nō cōparuit: et credim⁹ ꝙ duct⁹ fuit in egyptū / ⁊ iō circūiuim⁹ ciuitatē: nō ad explorādū: ſ; ad q̄rēdū frēm nr̄m ⁊ redimēdū ip̄m ſi īueniſſem⁹. Cōtra q̄d ioſeph dixit: n ¶ Hoc ē ait q̄d lo. ſū. exploratores eſt꜀: īpoſuit eni eis ꝙ iſta eēnt ab eis ꝯficta vt occultarēt ꝟitatē eis īpoſitā ꝺ exploratiōe terre / ⁊ iō ſubdit̄: o ¶ Iā nūc expe. ⁊c. ſi ꝟa vl̄ ficta ſint dicta vr̄a. p ¶ Per ſa. pha. ⁊c. Dicūt aliq̄ ꝙ ioſeph iurauit h̄ ꝑ creaturā: q̄ſi ꝑ iuramētū friuolū eo q̄d ſciebat illud q̄d iurabat eē falſū: nō eni intēdebat frēs ſuos oēs retinere. Dicūt alij ⁊ meli⁹ vt videt̄ ꝙ iurauit ꝑ deū q̄ erat ſal⁹ pharaonis effectiue: nec illi iuramēto ſuberat falſū: q; intēdebat ſic: Nō egrediemini hinc. ſ. oēs ita liberi ſicut veniſt꜀: q; finaliter retinuit vnū. q ¶ Donec ve. fra. ⁊c. vt ꝑ h̄ eēt certificatus ꝙ ✻ tes de ꝑtibus longinq̄s vt inde reportēt alimenta bone doctrine. Unde dicit Hiero. in ep̄la ad paulinū de omnib⁹ ſacre ſcripture libris: Ad Titū liuiū lacteo eloquētie fonte manātē: de vltimis hiſpanie galliarūq; finib⁹ quoſdā nobiles veniſſe legim⁹: et quos ad ſui cōtēplationē roma nō traxerat vni⁹ hoīs fama ꝑduxit. Et bn̄ ꝑ filios iacob q̄ ſupplātator interp̄tat̄: boni diſcipuli intelligūt̄: q; debēt eſſe ſupplātatores vitioꝝ. Dicit̄ eni. i. Ethi. ꝙ ſapiētie nō eſt auditor iuuenis ſecutor paſſionū. Dicunt̄ etiā filij iacob eſſe decē q̄ venerūt ad ſignificandū ꝑfectionē diſcipulorū: q; denari⁹ ē numer⁹ ꝑfect⁹: ⁊ ī ſignū hui⁹ retinet̄ beniamin domi tanq; paruulus ⁊ impfectus. Dicit aūt cōmēdator ſup librū Boetij de cōſolatione ꝙ athenis antiquit⁹ p̄mo ꝓbabant̄ diſcipuli ꝺ virtute patientie: ita ꝙ in porta ꝑ quā ītrabāt iuuenes ad locū ſtudij ſedebat vn⁹ ſenex qui ſciebat optime iuuenes ad impatiētiā ꝓuocare: ⁊ q̄n veniebat aliq̄s q̄ verba vituperij ⁊ deriſionis patienter nō audiebat / ip̄m tanq; ineptū repellebat. Et in ſignū hui⁹ filij iacob ꝑ quos deſignant̄ ap̄ti diſcipuli primo examinant̄ de patiētia verbo / cum dicit̄ eis: g ¶ Exploratores eſtis. Secūdo facto cum ſubditur: ✻ Et tradidit

Iurare per ſalutem. h

Moralit̄

Iſte landatus/ iurauit ꝑ ſalutē pharaonis nō exituros de egypto frēs ſuos: niſi frat̄ iunioꝛ vēiret? An etiā bono ⁊ fideli vilis fuerat ſal⁹ pharaōis? Qᷓto eñ mag⁹ ipi q̄ eū in tāto honore locauerat/ fidē ꝓuabat: ſi illi q̄ eū ꝓuū empticiū poſſidebat. Oꝛ ſi nō curabat pharaonis ſalutē: nūq̄d ꝑiuriū ꝓ cuiuſlibet hoīs ſalute vitare nō debuit: an nō eſt ꝑiurium? Tenuit em̄ vnū eoꝝ donec vēiret beniamin: ⁊ veꝝ factū eſt qđ dixit: nō exibitis donec veniat frater veſter. Ad oēs em̄ potuit ꝑtinere qđ dictū eſt. Nā quō ille vēturus eſſet: niſi ad eū deducēdū aliq̄ rediſſent? Sꝫ qđ ſequit̄ magis vrget q̄ſtiōe/ vbi iteꝝ iurauit dicēs: Mittite ex vob̄ vnū/ ⁊ adducite frēꝫ veſtrū ⁊c. vſq̄ ꝑ ſalutē pharaonis exploꝛatoꝛes eſtis. Huic ſnīe interpoſuit iuratiōeꝫ: q2 ſi vera nō dixiſſent/ exploꝛatoꝛes eſſent. i. exploꝛatoꝝ pena digni eſſent: q̄s tñ vera dicere ſciebat: nec̄ ꝑiurus ē q̄ſq̄ ſi ei quē caſtiſſimū nouit dicat. Si hoc adulteriū de quo argueris cōmiſiſti: dānat te deus ⁊ his v̄bis adhibeat iuratiōnē. Verū oīno iurat: ibi em̄ ꝯditio ē q̄ dicit: Si feciſti/ quē tñ nō feciſſe certū hꝫ. Sꝫ dicit aliq̄s/ veꝝ eſt: q2 ſi fecit adulteriuꝫ: dānat illū dñs. Hoc aūt veruꝫ nō eſt. Si aūt verum nō dicitis/ exploꝛatoꝛes eſtis: cū etiā ſi mētiant̄ nō ſunt exploꝛatoꝛes: ſꝫ ita dictū ē: exploꝛatoꝛes eſt̄ tanq̄ ſi dictū eſſet exploꝛatoꝝ pena digni eſtis. Hoc ē exploꝛatoꝛes deputabimī merito mēdacij veſtri. Eſtis autē potuiſſe dici ꝓ habebimī ⁊ deputabimini: innūere ſiſes locutiōes docent. Vñ ⁊ illa locutio helie. iij. Reg. xviij. d. Quicūq̄ exaudierit in igne erit deus: nō em̄ erit/ ſed habebit̄. a ¶ Ne-

B Hiſtori. ſciebat autem. Aug⁹. Quid ē ꝙ cū inter ſe penitētes loq̄rent̄ de ioſeph: ꝙ cū illo male egerāt: ⁊ h̄ eis diuīo iudicio redderetur: ꝙ ſe periclitari videbant: adiūgit ſcriptura. Ipi ignoꝛabāt ꝙ audiebat ioſeph. Interpꝛes enim inter illos erat: hoc ſcilicet intelligenduꝫ eſt ideo putaſſe eos ꝙ ille nō audiret: quia videbāt interpꝛetem qui inter illos erat: nihil

a ¶ Hoc impletū eſt qñ miſſus eſt ananias ad baptiçandū eū.

ter veſter minimus: Mittitē e vobis vnum ⁊ adducat eum:

¶ Multa erat in verbis ſeueritas: multa in coꝛde tranquillitas: vt hinc doceat̄ q̄ta his beniuolentia debeat̄: quos foꝛte plus equo coꝛripimus.

vos autem eritis in vinculis donec ꝓbent̄ que dixiſtis: vtrū falſa an vera ſint. Alioquin ꝑ a

a ¶ Id eſt exploꝛatoꝝ pena digni.

ſalutem pharaonis exploꝛatoꝛes eſtiſ. Tradidit ḡ eos custodie tribus diebus. Die autem tertio eductis e carcere/ ait: Facite qđ dixi: et viuetis: Deum eni timeo. Si pacifici eſtis: frater veſter vnus ligetur in carcere: vos autem abite ⁊ ferte frumēta que emiſtis in domos veſtras: et fratrem veſtrum minimuꝫ ad me adducite: vt poſſim veſtros pꝛobare ſermones: et nō moꝛiamini. Fecerūt vt dixerat: ⁊ locuti ſūt adinuicē: Merito hec patimur: quia peccauimus in fratrem noſtrum: videntes anguſtiam anime illius dū depꝛecaretur nos/ et non audiuimus: idcirco venit ſuꝑ nos iſta tribulatio. E quibus vnus rūben ait: Nunquid non dixi vobiſ: nolite peccare in puerū/ ⁊ non audiſtis me? En ſanguis eius exquirit̄. Neſciebant autē ꝙ intelligeret ioſeph: eo ꝙ ꝑ interpꝛetem loqueretur ad eos: Auertitq̄ ſe parūper/ et fleuit et reuerſus locutus eſt ad eos. Tollenſq̄ ſymeon/ ⁊ ligans illis pꝛeſentibus: iuſſit miniſtris vt implerent eoꝛum ſaccos tri-

(b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n in the margin)

a ¶ Hoc ē quorūdā iudeoꝝ ꝯfeſſio: amiſſo loco ⁊ gēte: ⁊ aptis ſacris q̄ ꝓus clauſa erant in velamine littere.

a ¶ Hic ſignificat nicodemum ⁊ ioſeph q̄ non ꝯſenſerunt ꝯſilio ⁊ actibus iudeoꝛuꝫ in moꝛte ieſu.

a ¶ Id eſt vindicta fuſi ſanguīs ſumit̄.

a ¶ Quaſi nō intelligēs linguā eoꝝ.

## Nico. de lyra

tificat⁹ ꝙ machinati non fuiſſent ꝯ eū aliq̄d mali. a ¶ Alioq̄n ꝑ ſalutē pharaōis exploꝛatoꝛes eſtis. Ac ſi diceret: ſi nō vultis recipe illđ qđ vobis offero/ manifeſte patet ꝙ excuſationes veſtre p̄dicte ficticie ſunt ⁊ falſe: ⁊ ꝑ hoc ꝯcludit̄ ꝙ eſtis exploꝛatoꝛes vere. Nō debet aliquis mirari ſi in p̄dictis ſint aliqua interpoſita quaſi dicta a ioſeph que nō ſūt exp̄ſſa in lr̄a: quia multa v̄ba dixit fratribus ſuis ⁊ econuerſo/ q̄ nō ſūt ſcripta ꝑ ſinglā vt patꝫ ex p̄dictis: dant̄ tñ aliqualiter intelligi ꝑ ea que ſunt ſcripta vt viſum eſt.

b ¶ Tradidit ḡ eos. Hic ꝯſequent̄ oſtendit̄ auſteritas ioſeph in factis: cū dicit̄: Tradidit ḡ eos cuſtodie. i. carceri. c ¶ Tribus diebus. Cōtra tria que in eū cōmiſerāt. ſ. de moꝛte ei⁹ tractādo: in foueā ip̄m deponēdo: ⁊ ipſuꝫ vēdēdo: vt patet ex p̄dictis. xxxvij. ca. Sequit̄: d ¶ Frater veſter vnus ⁊c. In hoc tempauit penam p̄dictam. e ¶ Fecerūt vt dixerat. i. facere ꝓmiſerūt.

Queſtio. Querit̄ hic quō ioſeph qui erat tā dulcis ⁊ māſuetus verbis ⁊ factis/ vt hic patet ⁊ ex ſequentibus: afflixit fratres ita diu anteq̄ ſe eis notificaret: cū ſtatim poſſet eis remittere iniuriam ſibi factam? Dicendum ꝙ licet perſona ſingularis poſſet hoc licite facere. ille tamen qui eſt ſupioꝛ ⁊ iudex/ cū ſit cuſtos iuſticie nō dꝫ h̄ facere: maxīe qñ iniuria ſibi facta redūdat in alteꝝ: iniuria aūt facta ip̄i ioſeph redūdauit in p̄reꝫ ſuū: q̄ ex h̄ incōſolabilit̄ fuit afflict⁹: vt. s. dictū ē xxxvij. ca. Ioſeph āt ex oꝛdiatiōe diuīa fact⁹ erat ſupioꝛ ⁊ iudex fratrū ſuoꝝ: vt ptꝫ ꝑ viſiōes ei⁹ ſuꝑ poſitas. xxxvij. ca. ⁊ erāt ei iā ſbiecti actu: q2 ip̄m adoꝛauerāt vt dominū: ⁊ iō nō debuit eos dimittere ſine punitiōe: ne dedec⁹ culpe oīno trāſiret ſine decoꝛe iuſticie: tñ in punitiōe ſua pl⁹ fuit de miſc̄dia q̄ de iuſticia: vt ptꝫ infra ꝑ benignū affectū ad frēs ⁊ multiplicem effectū bonū. f ¶ Et locuti ſūt adiuicē. Qm̄ afflictio dat intellectū: iō h̄ ꝯñr poſt afflictiōeꝫ frēs ioſeph ꝯfitent̄ diuinā iuſticiā dicētes: Merito hec patimur ⁊c. Vnde ⁊ ſubdit̄: g ¶ En ſanguis eius exquirit̄. i. vindicta de ſanguine ip̄ius: nā ꝓbabilit̄ credebāt ꝙ eēt moꝛtuus moꝛte coꝛꝑali. ſciebāt em̄ certitudinalit̄ ip̄m fuiſſe moꝛtuuꝫ moꝛte ciuili: q2 vēdiderāt eū in ſeruū. ſeruitus āt moꝛs ciuilis ē. Patet etiā ꝑ h̄ p̄nia eoꝝ de vēditione ioſeph/ quā ille intēdebat req̄rere. h ¶ Eo ꝙ ꝑ interp̄tem loqueretur. Dicūt hebꝛei ꝙ iſte interpꝛes fuit manaſſes p̄mogenitus ioſeph: q2 a nutrice didicerat linguā egyptiacā: ⁊ a patre ſuo hebꝛaicā. Sꝫ h̄ occurrit difficultas: quia manaſſes tūc vix cōpleuerat octauū annū: quia a tempꝛe quo ioſeph factus eſt p̄poſitus egypti quo tēꝑe accepit vxoꝛē/ vſq̄ ad deſcēſum patris ſui in egyptum fluxerūt tm̄ nouē anni: vt. s. declaratū ē ca. xxxvij. Ioſeph aūt cū vxoꝛe ſua fuit ꝑ nouē mēſes ad minus anteq̄ manaſſes naſceret̄. Itē iſta interp̄tatio facta fuit inter ioſeph ⁊ fratres ſuos anq̄ iacob deſcēderet in egyptū ꝑ aliqđ tp̄s/ lꝫ nō magnū: ⁊ ſic ptꝫ ꝙ manaſſes vix cōpleuerat octauū annū. Pōt tñ ad h̄ dici/ ꝙ ex bonitate ingenij pueri ⁊ ex ſollicitudine patris erga eū potuit in tāto tꝑe vtrāq̄ linguā addiſcere/ q̄tū ſufficiebat ad intelligendū verba cōia inter homīes. loq̄bat̄ aūt ioſeph cū fratribus ſuis ꝑ interp̄tem ne cognoſceret̄ ab eis ſi hebꝛaice loqueret̄: ⁊ ſui cognitioneꝫ adhuc rōnabiliter differebat: vt ptꝫ ex p̄dictis. i ¶ Auertitq̄ ſe. Poſtq̄ deſcripta ē ip̄i⁹ ioſeph ſimulata auſteritas: h̄ ꝯſequenter deſcribit̄ ip̄ius vera pietas/ cū dicit̄: k ¶ Et fleuit. Ex cōpaſſione: q2 videbat eos in anxietate. l ¶ Tollēſq̄ ſymeon. Ipſe em̄ fuit vt dicunt hebꝛei qui de ioſeph veniēte ad eos dixit: Ecce ſomniatoꝛ ⁊c. ⁊ qui eū in foueā ꝓiecit: ⁊ quia grauius ceteris fratribus deliquit: pl⁹ debuit puniri ⁊ diligentius cuſtodiri. m ¶ Et ligans illis p̄ntibus. Sed in abſentia eoꝝ iuſſit eum a vinculis abſolui: ⁊ de cibo conuenienti ſibi prouideri: in loco tamen clauſo: vt ſic pietas fraterna ſeruaretur: ⁊ tamen adhiberetur cautela ne fugeret/ donec veniret beniamin: pꝛopter quem iſta fiebant: vt pꝛedictum eſt. n ¶ Iuſſit miniſtris vt ⁊c. Ad pꝛouidendum patri ſuo et eius familie.

Quis fuit interpꝛes ioſeph

Moꝛalit̄ ✳ Et reponerēt ✳ b ¶ Tradidit ḡ eos cuſtodie: Id eſt carceri. Et eadem ratione ſymeon alijs dimiſſis retinetur in carcere/ cū dicitur: l ¶ Tollenſq̄ ſymeon et ligans ⁊c. Sacci eoꝝ replent̄ frumento: ꝑ qđ deſignat̄ ꝙ animi diſcipuloꝝ ꝑ bonum doctoꝛem replentur ſapientie documēto. Eoꝛum pecunia in ſaccis ſuis reponitur: ad ſignificandum ꝙ ſapientie pꝛecium non eſt pecunia/ ſed laboꝛ ⁊ diligentia: et gratitudo diſcipuloꝛum ſicut dictum eſt. s. ⁊ ſic poſt acquiſitam ſapientiā ad celeſtem patriam reuertunt̄.

los erat: nihil ei dicere eoꝝ que loque
bant: quem adhibitū putabant: quia
eoꝝ neſciret linguã. Nec cura erat
interpretis ea dicere illi a quo poſitꝰ
fuerat que non ad illū / ſed inter ſe lo
Queſtio quebãt. ¶ Queritur cur ioſeph vir
mitiſſimus fratres taliter afficere vo/
luit in ꝓlatione agnitiõis ſue / cum
poſſet eis ſe innoteſcendo cito ſubue/
nire: Sed hoc non vltionis cauſa fe/
cit: vt vindicaret malum quod ſibi fa/
ctū fuerat: ſ; vt cognoſceret vtrū eodē
ſtimulo frēm vterinū pmerēt: ſic ipm
in exteras ꝓuincias vendiderãt.
a ¶ Aptoq; ⁊c. Frēs ioſeph dãt ar/
gētū: q: iudei ꝯuerſi dimittūt lrãm oc
cidētē ⁊ accipiūt ſpm viuificãtē: repe/
rit tñ argētū ĩ ore ſaccoꝝ: q: ꝓpt fru/
ctū ſpūalis intelligētie nõ deſerit ni/
tor eloquẽtie. b ¶ Singuli reppe
rerūt. Frēs ioſeph dederūt pecuniã
in emptione frumēti: ſ; eã accepto fru
mēto receperūt: q: noſter ioſeph nõ q̃
rit nr̃a / ſ; nos. Grat enĩ dat ſua mūe/
ra / ⁊ in nr̃a emptione nos ditiores fa
cit. c ¶ Cui rñdit. Stra. Rubē ait:
Duos filios meos ĩterfice ſi nõ r. ⁊c.
Nec tñ obtinuit. At iudas dicēs: reᵒ
ero pctĩ ĩ prēm oĩ tpe / ĩpetrauit: q: ei
cõmiſſus eſt beniamin. Plus ē ꝗ reū
eſſe pctĩ ꝗ̃ corpaliter occidi. d ¶ De
Queſtio ducetis ca. ⁊c. Augᵒ. Querit vtrū
iõ ad infernū: q: cū triſticia an etiã ſi
abeſſet tãq̃ ad infernū moriēdo deſcē
ſurus hec loquat: De inferno enĩ ma
gna queſtio ē: ⁊ q̃d inde ſcptura ſenti/
at: vbicūq; h memoratū fuerit obſer/
uãdum eſt. ☞ Modicum

## ¶ Nico. de lyra

a ¶ Et repo. pecu. ſingu. du/
plici d ca ſc; vt pri pecunia reportaret
F ⁊ vt frēs anxiarent timētes ex h habe
ri ſuſpecti de furto: ſicut ⁊ poſtea acci/
dit. b ¶ At illi portãtes. Hic ꝯñr
deſcribit regreſſus fratrū ioſeph ad
patrē ſuū. c ¶ Aptoq; vnꝰ ſacco.
Iſte fuit leui vt dicūt hebrei: q: decē fi
lij iacob deſcēderãt in egyptū cõbina/
ti: Symeon aūt erat cõbinatꝰ cū ipſo
leui: ⁊ q: ille remãſerat ĩ egypto leui
redijt ſine cõpari ſuo. Andreas dicit
ꝙ ſicut iſte aperuit ſaccū ſuū ⁊ inuenit
pecuniã: ita oēs alij extūc eiᵒ occaſiõe
ita fecerūt: ⁊ h cõcordat cū eo qð d: in
fra ſequēti ca. Cū veniſſemꝰ ad diuer/
ſoriū aperuimꝰ ſacculos nr̃os ⁊ inue/
nimus pecuniã in ore ſaccorum ⁊c.
d ¶ In diuerſorio. i. hoſpitio vbi
diuertūt viatores ad comedēdum vel
hoſpitãdū: vñ ĩ hebreo habet: In ho
ſpitalario. e ¶ Et obſtu. tur. ⁊c. q:
timuerūt ne poſita fuiſſet ibi pecunia
ab egyptijs vt de furto notarent. Ce
tera patēt vſq; ibi: f ¶ Cū frumē.
effunderet ⁊c. Ex h videt ꝙ alij filij
iacob pter vnū nõ inuenerūt pecuni/
as ſuas donec veniſſent ad prēm ſuū.
⁊ ſm h dicēdū eſſet ꝙ illud qð eſt alle/
gatū ad ꝯtrariū de ſe. ca. dicit h p an/
ticipationē. Si aūt aliq̃s velit ſeq̃ ſen
tētiã andree pdictã: oportet dicere ꝙ
illud qð hic d: de inuentione pecunie
in ore ſaccorū poſtq̃ venerant ad pa/
trē ſuū iacob: dicit p recapitulationē:
quia iam alias inuenerant in diuerſo/
rio. Sequit: g ¶ Duos filios me
os interfice. Irrationabiliter locu/
tus eſt iſte ruben hoc dicendo: quia fi/
lij ſui etiam

tico: et reponerēt pecunias ſin/ a
gulorū in ſacculis ſuis: datis ſu
pra cibarijs in via. Qui fecerūt
ita. At illi portãtes frumenta in b
a aſinis profecti ſunt. Apertoq; c
vnus ſacco vt daret iumento
pabulum in diuerſorio / cõtem/ d
platus pecuniã in ore ſacculi /
dixit fratribus ſuis: Reddita ē
mihi pecūia: En habet ĩ ſacco.
Et obſtupefacti turbatiq; mu/ e
tuo dixerūt: Quidnã ē hoc qð
fecit nobis deus: Venerūtq; ad
iacob patrē ſuū in terrã chana/
an / ⁊ narrauerūt ei oĩa q̃ accidiſ
ſent ſibi dicētes: Locutus eſt no
bis dominus terre dure: et puta
uit nos exploratores ꝓuincie.
Cui reſpõdimus: Pacifici ſu/
mus / nec vllas molimur inſidi/
as. Duodecim fratres vno prē
geniti ſumꝰ: vnus nõ eſt ſup: mi
nimꝰ cū patre verſat ĩ terra cha
naan. Qui ait nobis: Sic ꝓba
bo ꝙ pacifici ſitis. Fratrē veſtrū
vnū dimittite apud me: et ciba/
ria domibꝰ veſtris neceſſaria ſu
mite ⁊ abite: Fratrēq; veſtrū mi
nimū adducite ad me / vt ſciã ꝙ
nõ ſitis exploratores: ⁊ iſtū q̃ te/
net in vinculis recipere poſſitis:
ac deinceps q̃ vultis emēdi ha
beatis licētiam. His dictis / cū f
b frumēta effunderēt: ſinguli rep/
pererūt in ore ſaccoꝝ ligatas pe
cunias: Exterritiſq; ſimul oībꝰ
dixit pater iacob: Abſq; liberis
me eſſe feciſtis. Ioſeph nõ eſt ſu/
per: ſymeon tenet in vinculis:
beniamin auferetis. In me hec
c mala oĩa reciderunt. Cui rñdit
rubē: Duos filios meos ĩterfice g
ſi nõ reduxero illū tibi. Trade eū
ĩ manu mea: ⁊ ego eū tibi reſtitu
am. At ille: Nõ deſcēdet inq̃t fi
liꝰ meꝰ vobiſcū. Frat eiꝰ mortu
us ē: ipſe ſolus remanſit. Si q̃d
ei aduerſi acciderit in terra ad h
d quã pgitis: deducetis canos meoſ
¶ al's dolore
cū merore ad ĩferos. ¶ Ca. XLIII

Interĩ fames oēm terrã i
vehemēter pmebat: ꝯſū
ptiſq; cibiſ q̃ſ ex egypto
detulerant: dixit iacob ad filios
ſuos: Reuertimĩ ⁊ emite pauxil k
lū eſcaꝝ. Rñdit iudaſ: Denūci l

lij ſui etiã erant filij patris ſui: quia ſi/
cut. ſ. dictū eſt: frequenter nepotes no/
minantur filij. Qz autem interficeret G
eos iacob erat incõueniens oblatio. et
ideo nõ acquieuit ſibi iacob. h ¶ In
terra ad quã pergitis: Id eſt pge
re vultis ſeu diſponitis.

¶ In ca. xlij. vbi dicit in poſtilla:
Omnes filij vnius viri ſumus.

**Additio** Quidam hebreorum
expoſitores dicunt ꝙ
filij iacob circūibant p ciuitatē diſperſi
vt forte inuenirēt fratrem ſuū ioſeph:
et poſtea fuerant congregati in domo
ipſius ioſeph pro emptione panis: ⁊ ex
hoc imponebat eis ioſeph crimen ex/ Exploratio
plorationis: quia exploratores ſolent nis ꝓpriã
circūire per ſingula loca vt omnia vide
ant ⁊ cõſequenter congregant in vnū:
vt ſibi inuicem conferant de inuentis:
quod cõcordat huic quod dicit. ſ. in po
ſtilla: ſc; ꝙ reddebant rationem de hoc
ꝙ circūierunt ciuitatem nõ cauſa explo
rationis: ſed vt fratrē quererent.

## ¶ Nico. de lyra

Interim fa/ ¶ Ca. XLIII
mes oēm terram vehe. ⁊c.
Hic deſcribit deſcēſus in egy/ Diuiſio
ptum ꝗ̃tum ad ipſum beniamin cū fra
tribus ſuis: vbi primo notat deſcēſus
proſperitas. ſecundo occurrens aduer
ſitas. xliiij. ca. tertio manifeſtata frater
nitas ca. xlv. Circa primū deſcribit iti/
neris ordinatio. ſecundo pauoris occa
ſio / ibi: Quos cum vidiſſet. tertio ſe/
quēs conſolatio / ibi: At ille rñdit ⁊c.
Circa primum deſcribit de itinere di/
ſceptatio. ſecūdo patris conceſſio / ibi: H
Igitur iſrael ⁊c. Diſceptatio autem fu/
it de eorum itinere: quia iacob nolebat
ꝙ beniamin cū eis iret et ipſi volebãt:
nec poterant ire ſine eo ꝓpter pactum
quod habuerant cum ioſeph: vt predi/
ctum eſt: ⁊ hoc eſt qð dicit: i ¶ Inte
rim fames omnē terrã vehemen
ter pmebat ⁊c. ſc; cum regreſſus eo/
rum in egyptum retardaret ꝓpter ben
iamin. k ¶ Reuertimini et emite
pauxillum eſcarū: id eſt modicum Pauxillū
ꝗ̃tum ſufficit ad neceſſitatem ⁊ non ad emit.
abundantiam: ſperabat enim iacob ꝙ
dominus reſpiceret populum ſuum cõ
cedendo ꝙ terra daret fructum.
l ¶ Reſpondit iudas. quia pater re
pulerat preces ipſius ruben primoge/
niti: iudas qui inter ceteros erat prin/
cipalior et audacior ⁊ rationabilior in
loquēdo accepit ṽbū vt beniamin ſibi
in cuſtodiã traderet: vt ptz lr̃a vſq; ibi:
Ne moriamur
Moraliter. i ¶ Interim fames Moralit
omnem terram vehementer pre
mebat. Eccl. xxiiij. c. dicit in pſona ſa
pientie. Qui edūt me adhuc eſurient.
Et ideo diſcipuli iam edocti deſiderant
ad doctorem reuerti vt plenius inſtru/
antur: et hoc ſignificat in reditu filiorū
iacob ad ioſeph per quē doctor ſignifi/
catur pro querendis alimentis: id eſt
ſapientie documētis: ſed reuerti nolūt
niſi cum beniamin minimo per quē hu
militas deſignatur: aliter non profice/
rent: ſicut dicit ſaluator Matth. xi. d.
Confiteor tibi pater domine celi ⁊ ter/
re quia abſcondiſti hec a ſapientibus ⁊
et prudentibus ſc; in oculis ſuis / et re/
uelaſti ea paruulis.
Et deferte viro

## Glo.ordi.

C a ¶ Modicum reſine ⁊
A mellis ⁊ ſtora.⁊c. Hiero.
Aliq̄d reſine ⁊ mellis ⁊ thy⁄
miama ⁊ ſtacten et terebin⁄
thū ⁊ nuces: ſiue vt aquila ⁊
ſymmach⁹ trāſtulerūt⁄ amyg
dala: vbi in nr̄is codicib⁹ ha
bet̄ thymiama: ī hebreo eſt
nechota: qđ aquila ſtoracem
trāſtulit: ex q̄ dom⁹ nechota
Eſa.39.a. q̄ ī Eſaia legit̄ manifeſte cel
la thymiamatis ſiue ſtoracis
intelligit̄: eo ꝙ ī illo ſūt aro
mata diuerſa cōdita.
b ¶ Deus veſter ⁊ deus
patris veſtri de.⁊c. Au⁄
guſti. Mēdaciū videt̄: ſ; ali
q̄d ſignificare credēdū ē. Ar
gētū enī qđ dat̄ ⁊ nō minui⁄
tur: qđ et ꝓbatū appellatū ē
illud forte eſt de quo dicit̄
Ps.xi.b. Eloquia dn̄i elo⁄
quia caſta: argen. igne exa⁄
minatū: ꝓbatu; terre pur. ſe
ptuplū.i. probatum ꝑfecte.
Vidit

## Nico.de lyra

※ a ¶ Memoria.nos ⁊
paruuli nr̄i. ac ſi diceret: ſi
nō vis nobiſcū mittere ben⁄
iamin ire nō poſſum⁹: ⁊ ꝑ cō
ſequens moriemur fame: q̄
aliūde alimēta hr̄e nō poſſu
mus: ⁊ ſic ipſemet beniamin
nobiſcū fame morie̅t: ꝓpter
qđ melius eſt ꝙ mittas eum
nobiſcum: etiam cu; aliquo
periculo infirmitat̄ vel mor
B tis q̄; ꝙ hic fame moriat̄ no⁄
biſcum. b ¶ Ego ſuſci⁄
pio puerum. in fide mea
ſeruandū. c ¶ De manu
mea req̄re illū. q̄ ſpōdeo
ꝓ eo reducēdo. d ¶ Si nō
interceſſiſſet dilatio. in
retinēdo bēiamin. e ¶ Igi
tur iſrael pater eoru; di
xit. Hic deſcribitur patris
cōceſſio: vidit eī ꝙ iudas rō⁄
nabiliter loquebat̄: iō aſſen⁄
ſit ordinās de eorum via.
f ¶ Sumite de optimis
terre frugib⁹.i. de illis q̄
raro inueniūt̄ in egypto: q̄
talia magis acceptantur.
g ¶ Et deferte viro mūe
ra. ad placādū ipm̄. ſic enī fe
cerat ipſe iacob ad placandū
eſau fratrē ſuū: vt.ſ. habet̄.
xxxiij.b. h ¶ Modicū re
ſine ſm̄ Iſid. ⁊ Papiā reſi⁄
na generaliter d̄r gutta flu⁄
ens de arboribus aromati⁄
cis: q̄ indurata valet ad vn⁄
guēta ⁊ medicinas. i ¶ Et
ſtoracis ⁊ ſtactes: et te⁄
rebin. et amyg.⁊c. Nōia
ſunt arborū aromaticarū q̄
inueniunt̄ in terra chanaan
quarum lachryme fluētes ⁊
fruct⁹ ſūt ꝑcioſi: ⁊ nōie arbo
rū hic intelligunt̄ lachryme
dicte vel fruct⁹ earū. Scien
dū tn̄ ꝙ loco hui⁹ qđ in trāſ⁄
latione nr̄a d̄r: Modicū re⁄
ſine ⁊ ſtoracis ⁊ ſtactes ⁊ te⁄
rebinthi: hebrei dicūt: Mo⁄
dicū tyriace

## Geneſis

a ¶ al's teſtificatione.
auit nobis vir ille ſub atteſtatōe iurandi⁄ dicēs:
Nō videbitis faciem meā⁄ niſi fratrē veſtrū mi⁄
nimū adduxeritis vobiſcū. Si ergo vis mittere
eū nobiſcū⁄ ꝑgemus pariter: ⁊ emem⁹ tibi neceſ⁄
ſaria: Sin aūt nō vis: nō ibim⁹. Vir ei vt ſepe di
ximus denūciauit nobis⁄ dicēs: † Nō videbit̄ fa
ciē meā abſq; fratre vr̄o minimo. Dixit eis iſrl̄:
In meā hoc feciſtis miſeriā⁄ vt indicaretis ei et
aliū habere vos fratrē. At illi rn̄derunt: Inter⁄
rogauit nos homo ꝑ ordinem nr̄am ꝓgeniem: ſi
pater viueret: ſi haberem⁹ fratrē. Et nos reſpon
dimus ei ꝯſequēter iuxta id qđ fuerat ſciſcitat⁹.
Nunquid ſcire poteramus qđ dicturus eſſet: ad
ducite vobiſcū fratrē veſtru;? Iudas quoq; di⁄
xit pr̄i ſuo: Mitte puerū mecū vt ꝓficiſcamur ⁊
poſſim⁹ viuere⁄ ne moriamur nos ⁊ paruuli no⁄ a
ſtri: Ego ſuſcipio pueru;: de manu mea require b c
illū. Niſi reduxero ⁊ † reddidero eū tibi: ero pec
cati in te reus omni tp̄e. Si nō interceſſiſſet dila d
tio⁄ iā vice altera veniſſemus. Igit̄ iſrl̄ pater eo e
rum dixit ad eos: Si ſic neceſſe ē⁄ facite qđ vul⁄
a ¶ vel fructibus.
tis. Sumite de optimis terre frūgib⁹ in vaſis ve f
a ſtris: ⁊ deferte viro munera: modicū reſine ⁊ mel g h
a ¶ ſpecies reſine. ¶ vel ſtyracis. b ¶ terebinthus arbor ē cu
ius reſina ſimiliter vocatur.
lis ⁊ ſtoracꝭ ⁊ ſtactes ⁊ terebinthi ⁊ amygdalaꝝ: i
Pecuniāq; duplicē ferte vobiſcū: ⁊ illā quā in k
ueniſt̄ i ſacculis⁄ reportate: ne forte errore factū
ſit: S; et fratrē veſtrū tollite: ⁊ ite ad viꝝ. Deus
aūt me⁹ oīpotēs faciat vobis eū placabilē: et re⁄
mittat vobiſcū fratrē vr̄m quē tenet i vinculis: ⁊
hūc beniamin. Ego q̄ſi orbat⁹ abſq; liberis ero. l
Tulerūt ḡ viri mūera⁄ ⁊ pecuniā duplicē ⁊ bēia⁄
min: deſcēderūtq; i egyptum⁄ ⁊ ſteterūt corā io⁄
ſeph. Quos cū ille vidiſſet ⁊ beniamin ſimul: ꝓ m
cepit diſpēſatori dom⁹ ſue⁄ dicēs: Introduc vi⁄
ros domū ⁊ occide victimas⁄ ⁊ iſtrue ꝯuiuiū: qm̄
mecū ſūt comeſturi meridie. Fecit ille ſicut fue⁄ n
rat imperatū⁄ ⁊ introduxit viros domu;. Ibiq; o
exterriti dixerūt mutuo: Propter pecuniā quā
retulim⁹ prius in ſaccis nr̄is: introducti ſum⁹⁄ vt
deuoluat i nos calūniā: ⁊ violēter ſubijciat ſerui
tuti ⁊ nos ⁊ aſinos nr̄os. Q̄obrē i ipis foribus
accedētes ad diſpenſatorē⁄ locuti ſunt. Oram⁹
dn̄e vt audias nos: Iam ante deſcendimus vt
emerem⁹ eſcas: Quib⁹ emptis cū veniſſem⁹ ad
diuerſoriū: aperuim⁹ † ſacculos noſtros: ⁊ iueni⁄
m⁹ pecuniā in ore ſaccoꝝ: quā nūc eodē pōdere
reportauim⁹. S; ⁊ aliud attulim⁹ argētū vt ema
m⁹ q̄ neceſſaria ſūt: Nō ē in nr̄a ꝯſciētia q̄s eam
poſuerit in marſupijs nr̄is. At ille rn̄dit: Pax p q
b vobiſcū⁄ nolite timere. Deus veſter et de⁹ pr̄is r
a ¶ Nō mentit̄ ſapiēs diſpenſator: q̄ de pecunia vbi dei dicit.
vr̄i dedit vobis theſauros † i ſacculis vr̄is. Nā;
pecuniā quā dediſtis mihi⁄ ꝓbatam ego habeo.
Eduxitq; ad eos ſymeō. Et itroduct̄ domū⁄ at s t
tulit aquā: ⁊ lauerūt pedes ſuos: deditq; pabu⁄ v

## Nico.de lyra

dicū tyriace ⁊ cere ⁊ balſami C
⁊ paſſicaꝝ. k ¶ Pecuniā
q; duplicē ferte vobiſcū
⁊c. q̄ probabiliter exiſtima
bat ꝙ ꝓcedēte fame ⁊ increſ
cente bladū cari⁹ venderet̄
q̄; prima vice: vl' vt pecunia
reportata reſtitueretur.
l ¶ Ego quaſi orbatus
abſq; liberis ero ⁊c. Qđ
dupliciter intelligitur. Uno
mō ꝙ eſſet quaſi orbatus vſ⁄
q; ad eorū reditū: q̄ null⁹ đ
filijs remāſerat cū eo. Alio
modo ꝙ reputaret ſe q̄ſi or⁄
batū ſi beniamī moreret̄: q̄
illū ſolū credebat hr̄e de vxo
re principali ⁊ ꝑdilecta.ſ. ra⁄
chel. m ¶ Quos cu; ille
vidiſſet. Hic deſcribit̄ pa⁄
uoris occaſio ne furtū eis im
poneret̄. n ¶ Mecū ſūt
comeſturi meridie. illa eī
hora reuertebat̄ ioſeph đ ne
gocijs regalib⁹ ad prādēdū. Al's ſtra⁄didero
o ¶ Et introduxit viros
domū: ibiq; exterriti ⁊c.
Nō enī erat cōſuetudo ꝙ il⁄
li qui veniebant ad emendū
bladū introducerent̄ in do⁄
mū: ſed dimittebant̄ extra in
curia vel porticu domus et
ideo timuerunt ne introdu⁄
cerent̄ ꝓpter pecuniā quam
reportauerāt. Cetera patēt.
p ¶ Et ille reſpōdit. Hic
cōſequēter ponit̄ eorū cōſo⁄
latio. ⁊ primo ab ipſo diſpē⁄
ſatore dicēte: q ¶ Pax vo
biſcū. quia nihil habeo con
tra vos. r ¶ Deus veſter D
⁊ deus patris veſtri de⁄
dit vobis. ac ſi diceret: ex
merito veſtro ⁊ patris veſtri
data eſt vobis illa pecunia
qua; inueniſtis in ſaccis ve⁄
ſtris. s ¶ Eduxitq; ad
eos ſy. ad maiorem eorū cō
ſolationem. t ¶ Attulit
aquā. cogitando de eorum
corporibus. v ¶ Deditq;
pabulū aſinis. Curā ge⁄
rēs ſimiliter de eoꝝ anima⁄
libus: vt ꝑfectā impenderet
eis humanitatem.
※ Igitur. Hic
✳ g ¶ Et deferte viro Moralit̄
munera: Id ē doctori reue
rentiam debitam ⁊ honore;
et cum hoc ſi indigeat ſubſi⁄
dium temporale. ſic eni; ſcri
bit̄.j. Corinth.ix.b. Si nos
vobis ſeminamus ſpiritua⁄
lia non eſt magnum ſi veſtra
carnalia metam⁹. m ¶ Pre al's † ſaccos
cepit diſpēſatori dom⁹
ſue dicens: introduc vi⁄ Nota
ros domum. nam venien⁄
tes debite pro ſtudio ſapien
tie ſunt benigne recipiendi.
n ¶ Quoniam mecū ſūt
comeſturi. cibum ſapien⁄
tie que reficit animas.
n ¶ Meridie: id eſt cum Al. † ſaccis
feruore charitatis aliter ſciē
tia non valeret.j. Corinth.
viij.a. Scientia inflat: chari
tas autem edificat ⁊c.

 ✳ Illi vero

E G a ¶ Vidit beniamin ⁊c. Iſi. Act. ix. a. Paulū qñ lux cir
Allego. cūfulſit eū: q̄ puul᷒: q꞉ nōdū maturā fidei etatē gerebat. Vn̄
etiā adoleſcēs legit̄/ dū lapidātiū ſtephanū veſtimēta ſerua/
bat. fleuit ioſeph: cecitas pauli: flet᷒ ē chriſti. lauit faciē chri/
ſtus/ cū baptiçat̄ paul᷒: ꝑ quē a plurimis vidēdus ē chriſtus.

tur: maxime q̄ laborāt in v̄bo ⁊ doctrīa. † ¶ At ille clemē/ G
ter ⁊c. Pri o veniētes ſine beniamin: ꝑ quē ſignificat̄ hūilitas
vt p̄dictū eſt habuert̄ duꝝ rñſum: poſtea veniētes cū ip̄o habue
rūt māſuetū: ꝑ qđ deſignat̄ ꝙ ſupbi ſūt dure increpādi: ⁊ huml
les māſuete recipiēdi: ⁊ in h̄ eſt ꝯformitas ad deū: Iaco. iiij. b.
De᷒ ſupbis reſiſtit: hūilib᷒ āt dat grāꝫ.

Moralit̄ ¶ Aug᷒. Affect᷒ boni animi ſp̄ ꝓcli/
uus ē ad pietatē. Vn̄ in ioſeph v̄tutū
poſſum᷒ ꝯſiderare copiā. Caſt᷒ erat/ cū
ſpreuit īpudicitiā dñe. Sapiēs/ cū dili
gēti inueſtigatiōe fratrū aīos explora/
bat/ q̄lit̄ ſentirēt de fratre ſuo vterino.
Iuſt᷒ erat/ ī adhibitiōe diſcipline delin
q̄ntib᷒. Pius/ in ꝯuerſione penitētiā.
b ¶ Quibus appoſitis ⁊c. Seor/
Alſ teū ſuꝫ appoſiti ſūt cibi ioſeph q̄ſi aduene:
⁊ ſeorſum frīb᷒/ q̄ſi exterꝰ natiōe: egy/
ptijs q̄ꝫ ſeorſū/ q̄ſi īdigenis: q̄ putabāt
alſ † Salu᷒ ꝓphanū eē cū ꝑegrīs ꝯuiuiū. c ¶ Bi
berūtq; ⁊ inebriati ſūt ⁊c. Aug᷒.
Solēt ebrioſi hic teſtimoniū adhibere
ſibi in p̄ocinīū ꝓpt̄ ioſeph: q̄ valde ſa/
piēs cōmēdat̄. Sꝫ h̄ v̄bū ꝓ ſaturitate
ponit̄ in ſcripturꝰ. vñ Pſ. lxiiij. b. Vi
ſitaſti terrā ⁊ inebriaſti eā: q꞉ in laude
bñdictiōis h̄ poſitū ē/ ⁊ donū dei cōme
morat̄: apparet hāc ebrietatē ſaturita/
tē ſignificare. Nā ita iebriari vt iebri/
ant̄ ebrioſi: nec ip̄i ī revtile ē: q̄m maio
G re humore q̄

† ¶ Seorſuꝫ frib᷒: egyptijs ⁊c. q꞉
ꝫm diūſaꝫ diſpoſitiōeꝫ auditoꝝ formā
dus eſt ꝫmo doctoꝝ. i ¶ Maiorq;
ꝑs ve. beniamin. Per qđ deſignat̄
ꝙ hūiles ſunt doctrīe ſapīe magꝰ capa/
ces. vñ Aug᷒. exponēs illđ: Maria ſe
debat ſec᷒ pedes dñi dic: Q̄to hūili᷒ ſe/
debat: tāto ap̄li᷒ capiebat. ⁊ Prou̇. xi. a
Ubi humilitas ibi ⁊ ſapīa. k ¶ Bibe
rūtq;. ſ. potū ſapīe ſalutarꝰ. † ¶ Et i/
ebriati ſūt. Ebrietate bōa de q̄ dr̄ Cā Alſ teos
ti. v. a. Comedite ⁊ bibite ⁊ iebri. cha. † ſ. 29. a.
Dicit̄ ei ebrietas ab e ꝙ ē ex̄ ⁊ bria qđ
eſt mēſura: ꝓpt̄ qđ ſapiētes dicūt̄ ebrij
⁊ ſup menſurā alioꝝ hominū ſunt ꝑ ſa/
pientiā eleuati.

lū aſinis eoꝝ. Illi vero parabāt †
mūera: donec ingrederet̄ ioſeph
meridie. Audierāt ei ꝙ ibi come
ſturi eēnt panē. Igit̄ igreſſus eſt a
ioſeph domū ſuā: obtulerūtq; ei
mūera/ tenētes ī māib᷒: ⁊ adora/
uerūt† ꝓnu ī t̄rā. At ille clemēter †
reſalutatis eis: interrogauit† di/
cēs: † San᷒ne ē p̄r veſter ſenex: de
q̄ dixeratis mihi? Adhuc viuit?
Qui rñderūt: Soſpes ē ſu᷒ tu᷒/
pat̄ nr̄ adhuc viuit. Et icurua/
ti: adorauerūt eū. Attollens aūt
a ioſeph ocl̄os/ vidit beniamī frēꝫ
ſuū vterinū/ ⁊ ait: Iſte ē frat̄ ve/
ſter puul᷒: đ q̄ dixeratꝰ mihi? Et
rurſuꝫ: De᷒ inq̄t miſereat̄ tui fili
mi. Feſtiauitq;† q꞉ cōmota fue/ b
rant viſcera ei᷒ ſup fratre ſuo: † et
erūpebāt lachrymę: ⁊ itroiēs cu/
biculū fleuit. Rurſuſq; lota facie
egreſſus/ ꝯtinuit ſe ⁊ ait: Poni/ c
b te pāes. Quib᷒ appoſitꝰ/ ſeorſuꝫ d
¶ q̄ſi aduene. ¶ q̄ſi exñeis. ¶ q̄ſi īdigenis
ioſeph/ ⁊ ſeorſū frib᷒: egyptijs q̄ꝫ †
q̄ veſcebāt̄ ſil̄ ſeorſū: Illicitū eſt e
eni ęgyptijs cōedere cū hebręis:
⁊ ꝓphanū putāt huiuſcemōi ꝯui
uiū. Sederūt† corā eo p̄mogēit᷒ f g
iuxta p̄mogēita ſua: ⁊ minim᷒ iu/
xta ętatē ſuā. Et mirabāt̄ nimis h
ſūptis ꝑtib᷒ q̄s ab eo acceperāt:
a ¶ q꞉ paulus plus oībus laborauit.
Maiorq; ꝑs vēit beniamin: ita i
vt q̄nq; ꝑtib᷒ excederet. Bibe/ k
a ¶ ſatiati ꝫm idioma hebraice lingue.
runtq; ⁊ inebriati ſunt cū eo. †

PRecę ¶ Ca. XLIIII l
pit aūt ioſeph diſpē
ſatori dom᷒ ſuę/ di/
cens: Imple ſaccos
eoꝝ frumēto q̄tū pñt cape: ⁊ po
ne pecuniam ſinguloꝝ in ſūmita
¶ Splendore diuini eloquij.
te ſacci. Cyphū aūt meū argēte/ m

## ¶ Nico. de lyra

Alſ tin domū
✱ a ¶ Igit̄. Hic ſcđo deſcribit̄ eoꝝ
ꝯſolatio ab ip̄o ioſeph eos dulcit̄ allo/
quēdo: ⁊ ꝑꝫ lr̄a vſq; ibi: b ¶ Cōmo
ta fuerāt viſcera ⁊c. Tū q꞉ ip̄e ſol᷒
erat ſibi frat̄ vterinus. Tū q꞉ nō fue/
rat cū alijs frib᷒ qñ vēdiderāt ioſeph.
ꝓpt̄ qđ magis afficiebat̄ ad eū. Scđo
ꝯſolat̄ eos ioſeph in amicabili recrea/
F tione/ cū ſubdit̄: c ¶ Et ait: Poni
Panis te panes. Noīe panis in ſacra ſcp̄tu
ra itelligit̄ oīs cibus. vñ. iiij. Reg. vj
e. vbi dr̄: Appōe eis panē ⁊ aquā ⁊c.
Subdit̄: Et appoſita ē eis ciboꝝ ma/
Alſ tergo gna p̄paratio. d ¶ Seorſū ioſeph
⁊c. Cuius cā ſbdit̄ cū dicit̄: e ¶ Illi/
citū eni eſt egyptijs ⁊c. Cauſa hu/
ius ē vt dicūt hebrei: q꞉ mactāt ⁊ come
dūt aliq̄ aīalia q̄ ab egyptijs colunt̄.
f ¶ Sederūt corā eo. Vt honora/
ret eos ſua p̄ñtia. g ¶ Primogeni
tus ⁊c. Fecit eñ eos ſedere ordinate
ꝫm etates ſuas incipiēs a p̄mogenito.
h ¶ Et mirabant̄ nimiſ. De hoc ꝙ
homo queꝫ credebāt extraneuꝫ ⁊ eos
ignorantē feciſſet eos ita ſedere ſicut
ſedebāt in domo patris ſui. Si aūt q̄/
rat̄ quō nō habuerūt ꝑ h̄ aliquā ſuſpi/
tionē ꝙ ip̄e eſſet ioſeph q̄ p̄dictū ordi/
nē ſciebat. Dicūt hebrei ꝙ h̄ fuit: q꞉ io
ſeph fingebat ſe h̄ ſcire ꝑ artē diuinan
di. ꝑcutiebat eñ corā eis cyphū ſuū ar
genteū: ⁊ poſt primā ꝑcuſſionem dice/
bat: talis q̄ ē p̄mogenitus p̄mo ſedeat/
⁊ ſic ꝯſequēter de alijs. ⁊ h̄ videt̄ ꝯcor
dare cū eo qđ dicit̄ ſe. ca. Cyphus quē
furati eſtis ip̄e eſt in q̄ bibit dñs me᷒
⁊ in q̄ augurari ſolet. ac ſi diceret̄: ſicut
vidiſtis heri in mēſa. i ¶ Maiorq; ꝑs venit beniami:
ita vt quiq; ꝑtib᷒ excederet. Voluit eñ eū honorare in h̄
p̄ alijs vt videret ſi ꝑ h̄ alij frēs ip̄i beniamin īuiderēt ſic̄ ei in
nuiderāt/ eo ꝙ a p̄re plus amaret̄: vt p̄dictū eſt. ſ. xxxvij. ca.
k ¶ Biberūt ⁊ inebriati ſūt cū eo. Hic accipit̄ ebrietas
ꝓ ſocietate: eo mō loquēdi q̄ dicit̄ Cañ. v. a. Comedite ⁊ bi/
bite ⁊ iebriamī chariſſimi ⁊c. ⁊ talꝰ ebrietas nō eſt vitioſa.
Moralit̄ ✱ † ¶ Illi v̄o parabāt mūera donec igrederet̄ io/
ſeph. Diſcipuli eñ debēt eē pati doctorem honorare. i. Ti/
moth. v. c. Qui bñ p̄ſunt p̄ſb̄ri duplici honore digni habean
tur: maxime

## ¶ Nico. de lyra

PRecepit aūt ¶ Ca. XLIIII
ioſeph. Hic ꝯnr circa deſceſū
ſcđꝫ filioꝝ iacob ī egyptū deſcri
bit̄ occaſio aduerſitatꝰ: q꞉ đ furto appa
rēti fuert̄ ꝯuicti ī beniamī. Circa qđ cō
ſiderādū ꝙ ioſeph q̄ erat ſagax ⁊ aſtut᷒
poſtq; ꝓbauerat ꝙ frēs ſui đ ei᷒ vēditi
one penitebāt. Itē ꝙ ꝯ beniamin frēm †ſ. 42. e.
ſuū vterinū nihil mali machīati fuerāt: ſ. 45. a.
⁊ ꝙ ei p̄ ip̄is honorato īuidiā nō p̄ten/
debāt: vt ꝑꝫ ex p̄dictꝰ: nihilomin᷒ tēpta
re voluit vtꝝ ip̄i beniamī ī ꝑicl̄o ꝯſtitu
to q̄tū poſſēt ſuccurrerēt. ⁊ iđ ſic ordīa
uit/ vt ī furto apparēti dep̄hēderet̄ ben
iamī: vt videret q̄lit̄ frēs ſui ī h̄ ſe habe
rēt: nec mirāduꝫ ſi talit̄ eos ꝓbabat: q꞉ H
maliciā eoꝝ ī ſeip̄o exꝑtus fuerat. ⁊ iđ ī
h̄ ca. p̄mo deſcribit̄ eoꝝ cōp̄hēſio. ſcđo Diuiſio
ꝯfuſibilꝰ reductio/ ibi: At illi ſciſſis veſti
bus. ¶ Circa p̄mū cyph᷒ ioſeph ī ſacco
beniamin abſcōdit̄/ req̄rit̄/ denegat̄: ⁊
tādē inuenit̄. Et paꝫ lr̄a exceptis pau/
cis vocabulis q̄ exponent̄. m ¶ Cy/
phum aūt meū argenteū et pre/
✱ ciū qđ dedit
Moralit̄ l ¶ Precepit āt ioſeph Moralit̄
⁊c. Sequit̄: m ¶ Cyphū aūt meū
argēteū ⁊ p̄. ⁊c. Scđm ſenſuꝫ lr̄alem
ad h̄ ioſeph fec̄ abſcondi cyphū in ſacco
beniamī frīs ſui vterini ⁊ ip̄m ꝯuici de
furto apparēti: vt ꝑ h̄ ꝓbaret ſi frēſ alij
vere diligerēt ip̄m: q꞉ ſi retēto beniamī
ip̄i ſtatim abiſſent/ ſignū fuiſſet īuidie ⁊
odij ad ip̄m: eo ꝙ p̄r pl᷒ alijs ip̄m dili/
gebat: ſic̄ ioſeph exꝑtus fuerat đ ſeip̄o.
ꝑ h̄ aūt ꝙ oīno conati ſunt eū liberare/
apparuit v̄itas dilectiōis ad ip̄m. Per
hoc aūt moralit̄ habet̄ ꝙ bon᷒ doctor q̄
ꝑ ioſeph ſignificat̄ vt p̄dictū ē: nō ſoluꝫ
dꝫ eſſe ſollicit᷒ de diſcipulꝰ ſuis ꝓmouē/
dis in ſcīa: ſꝫ etiam de nutriēdis ip̄is ⁊
ꝯſeruādis in charitate mutua: exemplo
chriſti dicētis Ioh. xiij. d. Mādatū no
uū do vobis vt diligatis inuicē. Et ite/
rum ibidem: In hoc cognoſcent omnes ꝙ diſcipuli mei eſtis ſi
dilectionem adinuicem habueritis. Et ideo ſi vnus eoꝝ accu/
ſet̄ de crimīe ſic̄ fuit beniamī: alij tenent̄ eū liberare inq̄tū pñt
ſalua tñ ꝯſcīe puritate. ¶ Allegorice v̄o ꝑ cyphū argēteū ī ſac Allegori.
co beniamī poſitū p̄figurat᷒ fuit paulus ap̄ls ex tribu beniamī
naſciturus/ q̄ fuit vas electiōis ſapīa dei plenū ⁊ eloquētia bo/
na q̄ ꝑ ſonoritatē argenti deſignat̄: p̄ditū ad portandū nomen
dñi nr̄i ieſu chriſti corā gētibus ⁊ regibus ⁊ filijs iſrl̄: vt habet̄
Act. ix. c. Per liberatiōeꝫ v̄o beniamī figurata fuit liberatio
pauli ī damaſco de q̄ frēs fuerūt valde ſolliciti: vt ibidē habet̄.

re humore ꝗꝫ ſufficit corrumpit: ſicut
vita ebrioſi qui non ſacietate ſe replet
ſed mergit diluuio. a ¶ Cyphus
quem furati eſtis ⁊c. Iſido. Quid
ſibi vult ꝙ inuēt⁹ eſt cyphus ioſeph in
ſacculo beniamin: niſi qꝛ in corde pau
li celeſtꝭ doctrine iā ꝑfulgebat eloquiū
dū eſſet erudit⁹ in lege. Sed qꝛ ſubie
ctus nō erat deo / intra ſaccum erat cy
phus: doctrina intra legē / lucerna in
tra modiū. Miſſus tñ ananias manū
impoſuit / marſupiū ſoluit: ⁊ argētū re
ſplēduit: ⁊ decidētib⁹ ſquamis quaſi
ſacci vinculis ſoluto ſacco. i. depoſito
legꝭ velamine adeptus eſt grē liberta
tē: ⁊ reuelata facie ſermonis euāgeliū
predicat. b ¶ An ignoratis ꝙ nō
ſit ſimilis mei in augu. ſcia? Au
Queſtio guſti. Quid h̄ ſibi velit q̄ri ſolet. An
qꝛ nō ſerio ſed ioco dictū eſt vt exit⁹ do
cet: nō eſt habendū mendaciū. Men
dacia enī a mendacib⁹ ſerio agunt̄ / nō
ioco. Cū aūt q̄ nō ſūt tāꝫ ioco dicūt̄:
nō putant̄ mēdacia. Sꝫ magꝭ mouet
q̄d ſibi velit hec actio ioſeph / qua fra
tres ſuos donec eis aperiret quis eēt
totiens ludificauit: ⁊ tāta expectatiōe
ſuſpēdit: qꝺ licet tāto ſit ſuauius cū le
git quāto fit illis inopinati⁹ cū quib⁹
agit̄: tñ ſapientie illius grauitate niſi
magnū aliquid iſto quaſi ludo ſignifi
caret̄: nec ab illo fieret / nec ſcriptura
diceret: in qua ſanctitas tāta ⁊ ꝓphe
tandorū intentio futurorꝫ. Nō negli
genter ꝗ ꝯſiderādū puto tantā miſeri
am in ꝑturbatiōe fratrū ſuorꝫ quā mō
ioſeph ꝗꝫdiu voluit tenuit: ⁊ ꝗꝫta vo
luit mora ꝓduxit: ⁊ tāto eos faciēs ca
B lamitoſos / ꝗꝫto ipſorū futurā leticiam
cogitabat. ⁊ qꝺ agebat vt eorū gaudi
um differret̄: ad hoc agebat vt dilatio
ne cumularet̄ tanꝗꝫ nō eſſent cōdigne
paſſiones tantilli tp̄is ad futurā glori
am exultationis future cognito fratre
quē a ſe ꝑditū extimabāt. c ¶ Cui iu
das ⁊c. Aug⁹. Multa in narratione
iude aliter dicta ſunt ꝗꝫ cū illis egerat
ioſeph: ꝗꝫuis apꝺ eū loqueret̄: vt om
nino de ſimulatione exploratorū ni
hil diceret̄: qꝺ vtrū cōſulto tacitū ſit:
an id fecerit ꝑturbationis obliuio nō
apparet. Nā ⁊ illud qꝺ dixerūt ſe a io
ſeph īterrogatos ꝺ patre ⁊ fratre ſuo:
ſe aūt illi interroganti indicaſſe miruꝫ
eſt: ſi vel ad ſentētiā pōt ipſa ꝑuenire
narratio: vt eā cōſtet eſſe veracem: ꝗꝫ
ꝗꝫ et ſi aliqua falſa in ea ſunt / falli po
tius ꝑ obliuionem potuit ꝗꝫ auderet
mētiri. Apꝺ eū ꝑſerti cui nō ſic neſciē
ti: ſꝫ q̄ nouerat eū ſcire / vt eū flecteret
ad miſericordiā narrationi inſerebat.

## Nico. de ly.

Miſit
ciūm quod dedit tritici po
ne ī ore ſacci. vt cito poſſet īueniri.
Dicit p̄ciū / ne diſpenſator crederet ꝙ
cyphus deberet poni ī ſacco iunioris
loco p̄cij: ⁊ ideo de vtroꝗꝫ fecit mētio
nē. a ¶ Perſequere viros ⁊c. cū
multitudine armatorū / ita ꝙ nō aude
ant reſiſtere. b ¶ Quare reddidi
ſtis ma. ꝓ bono. cōmittendo furtū
ꝓ dulci allocutione dñi mei: ⁊ honore
quē vobis exhibuit in domo ſua.
c ¶ Cyphus quē furati eſtis ipe
eſt ⁊c. bibit ſicut vidiſtis heri in mē
ſa ſua. d ¶ Et in quo augurari ſo
let. ſic experti eſtꝭ ordinādo vos ī mēſa.
Peſſimam

um: ⁊ p̄ciū qꝺ dedit tritici: pone
a ¶ Pauli qui minimus eſt apl̄orū.
ī ore ſacci iunioris. Factumꝗꝫ ē
ita. Et orto mane / dimiſſi ſūt cū
aſinis ſuis. Iamꝗꝫ vrbē exierāt
⁊ ꝓceſſerant paululuꝫ: † tunc io
ſeph accerſito diſpēſatore dom⁹
ait: Surge inquit: ꝑſequere vi a
ros / et apphenſis dicito: Qua b
re reddidiſtis malum ꝓ bono?
a ¶ totiēs fratribus obiecta accuſatio: fra
terne venditionis expiatio eſt.
a Cyphus queꝫ furati eſtis: ipſe c
eſt ī quo bibit dñs me⁹: ⁊ ī q̄ † au d
gurari ſolet: Peſſimā rem feci e
ſtis. Fecit ille vt iuſſerat: ⁊ app
hēſis ꝑ ordinē locut⁹ eſt. Qui re
ſponderūt: Quare ſic loq̄t̄ dñs
noſter vt ſerui tui tātū flagitij cō
miſerint? Pecuniā quā inueni f
m⁹ ī ſūmitate ſaccorꝫ reportaui
m⁹ ad te de terra chanaā: ⁊ quō
ꝯſequēs ē: vt furati ſim⁹ ꝺ domo
dñi tui aurū vel argētū? Apud
quēcūꝗꝫ fuerit inuētū ſeruorꝫ tu
orū qꝺ queris / moriat̄: ⁊ nos ſer
ui† erim⁹ dñi noſtri. Qui dixit:
Fiat iuxta veſtrā ſniam. Apud g h
quē fuerit inuentum / ipſe ſit ſer
uus me⁹: vos aūt eritis innoxij.
Itaꝗꝫ feſtinato deponētes ī ter
ram ſaccos: aperuerūt ſinguli.
Quos ſcrutat⁹ / incipiēs a maio i
re vſꝗꝫ ad minimū: īuenit cyphū k
ī ſacco beniamin. At illi ſciſſis l
veſtib⁹ oneratiſꝗꝫ rurſū aſinis / re
uerſi ſūt in oppidū. Primuſꝗꝫ m
iudas cū fratrib⁹ / ingreſſus ē ad
ioſeph. Necdū enī de loco abie n
rat: Oēſꝗꝫ ante eū pariter in ter o
rā corruerunt. Quibus ille ait:
a ¶ verba ꝓ verberibus irrogat fratrib⁹
ne remaneat impunitū fraternū ſcelus.
b Cur ſic agere voluiſtꝭ? † An igno p q
ratꝭ ꝙ nō ſit ſimilis mei ī† augurādi
c ſcia? Cui iudas: Quid rñdebi r s
m⁹ inq̄t dño meo / vl̄ q̄d loq̄mur:
aut iuſte poterim⁹ obtēdere: De t
us īuenit iniq̄tatē ſeruorꝫ tuorū.
En oēs ſerui ſum⁹ dñi mei / ⁊ nos v
⁊ apud quē īuētus ē cyph⁹. Re
ſpōdit ioſeph: Abſit a me vt ſic x
agā. Qui furat⁹ eſt cyphū ipe ſit y
ſeruus me⁹: vos aūt abite liberi
ad patrē veſtrū. Accedēs aūt ꝓ z
pi⁹ iudas / ꝯfidēter ait: Oro do
mine mi: loquat̄ ſeru⁹ tu⁹ verbū
in aurib⁹ tuis: et ne iraſcaris fa
mulo tuo. Tu es eniꝫ poſt pha

e ¶ Peſſimam rem fe. qꝛ ingratitu C
do eſt peſſimū vitiū. f ¶ Pecuniam
quā inue. ⁊c. Argumētū eſt a maiori
ꝑte: q̄ſi dicāt: nō retinuim⁹ nec celaui
mus illud qꝺ erat extra egyptū ⁊ ī ter
ra chanaā de quo magis videret̄: ergo
nec h̄ cōmiſim⁹. g ¶ Fiat iuxta ve
ſtrā ſniam. Cōfitētes enī de ſua ino Als † tum
centia nimis obtulerāt: qꝛ ꝓ furto ſim
plici ſm̄ leges ſcr̄ptas nullus debet mo
ri: iō diſpenſator tēꝑauit negotiū di
cens: Fiat iuxta veſtrā ſniam. i. aliquo
mō ab ipa declinādo. h ¶ Apꝺ quē
fuerit inuē. ipſe ſit ſeruus me⁹. lo
quit̄ in ꝑſona dñi ſui. q̄rebat enī ſoluꝫ
beniamin vt ꝑ h̄ videret̄ qualiter alij q̄
dimitterent̄ liberi ei ſuccurrerēt in tali Als † augu
neceſſitate. i ¶ Quos ſcru. i. a ma. riari
ne ſi ſcrutat⁹ ſtatim fuiſſet ſaccū benia
min / appareret ꝓbabiliter ꝙ ibi abſcō
diſſet cyphū. k ¶ Inuenit cy. ī ſac.
ben. q̄re nō facit mētionē de pecunia
ibi inuenta? qꝛ iā eis. ſ. dixerat ꝙ alia
pecunia ī ſaccis inuenta erat a deo eis
data: ⁊ qꝛ eadē rōne q̄ accuſaret benia
min ꝺ pecunia accuſaſſet oēs alios: cū
pecunia cuiuſlibet repta fuiſſet ī ore ſac
ci ſui: ipe aūt volebat ſm̄ ordinationeꝫ
ioſeph calūniari beniamin ſolū: vt ꝑ h̄
ꝓbaret̄ aliorꝫ affectio ad ipm̄ vt p̄dictū
eſt. l ¶ At illi. Hic ꝯñr deſcribit̄ eo Diuiſio
rū cōfuſibilis reductio tāꝗꝫ cōuictorꝫ ꝺ
apparēti furto. ⁊ ſcꝺo miſericordie im
ploratio / ibi: Cui iudas. Circa primuꝫ
dr̄ ſic: At illi ⁊c. in ſignū triſticie. h̄ enī Als † tul
erat modus antiquorū occurrente caſu
magne aduerſitatꝭ. m ¶ Primuſꝗꝫ D
iudas. qꝛ inter fratres erat p̄ncipali
or et cōſtātior: ⁊ qꝛ apud patrē erat ꝓ
beniamin fideiuſſor: vt p̄dictū ē ca. p̄ce
dēti: ⁊ iō cauſa erat magis ſua ꝗꝫ alio
rū. n ¶ Necdū enī de lo. ab. ſ. io
ſeph q̄ expectabat fratrū ſuorū reditū:
vt ꝑfecte ꝓbaret eorꝫ animū. o ¶ Oēſ
ꝗꝫ ante eū ⁊c. vt ei⁹ animū ad miſeri
cordiā ꝓuocarēt. p ¶ Cur ſic agere
vo. ac ſi diceret: illud qꝺ feciſtis ē ꝺ ſe
peſſimū: ⁊ iō nullo mō debuiſſetꝭ h̄ vel
le facere. q ¶ An ignoratꝭ ⁊c. ac ſi
diceret / dato ꝙ habeatis peſſimā volū
tatē: tñ debuiſtis retrahi a tali facto cū
ſciueritꝭ me h̄re augurādi ſciam ꝑ quā
poterā vos dep̄hendere. r ¶ Cui iu
das. Hic deſcribit̄ miſcꝺie iploratio
vbi iudas vt facili⁹ impetret illud qꝺ ē
dulcoris: primo cōfitet̄ illud qꝺ ē rigo
ris dicēſ: s ¶ Quid rñde. inq̄t ⁊c. † 22. q. 2. c.
q. d. nihil poſſum⁹: qꝛ īuētio cyphi erat ꝙ ait.
notoria nec fraudē audebāt īponere fa Als † augu
milie ioſeph: qꝛ ſi id facerēt: negociū ſu riandi.
um peiorarēt. t ¶ De⁹ iue. ⁊c. ſer.
tuorꝫ. i. pctā nr̄a alias occulta de⁹ fe
cit inueniri. i. ad punitionē deduci ꝑ il
lud infortunium quod nobis accidit.
v ¶ En oēs ſer. ſum⁹ dñi mei. ꝺ ri
gore enī iuſticie nō ſolū ꝓ furto punit̄
ille apud quē res furata īuenit̄: ſꝫ etiā
illi q̄ ſūt ī ei⁹ ſocietate ⁊ maxime q̄ñ ſūt
frēs. x ¶ Abſit a me. q. d. nolo vo
biſcū agere cū tāto rigore. y ¶ Qui
fu. ē cy. ⁊c. Hoc aūt dicebat vt ꝓba
ret ſi beniamin dimitterēt ſolū ī ſerui
tute. z ¶ Accedens ꝓpi⁹. Hic ſcꝺo
iudas ꝓcedit ad īpetrandū qꝺ erat mi
ſericordie ⁊ dulcoris: ⁊ p̄mo captat ipi
us ioſeph beniuolētiā dicēs: Oro dñe
mi ⁊c. ſcꝺo ad ſuū ꝓpoſitū obtinēdū in
ducit quadruplicē rationē dicens:
Interrogaſti

✱ ✱ a ¶ Interrogaſti pˀus ſeruos
E tuos ꝛc. Intẽdebat em̃ impetrare ꝙ
ip̃e maneret in ſeruitute ꝓ beniamin/
ita ꝙ beniamin cũ alijs fratribus redi/
Prima ratio iude. ret ad patrem. ⁊ ad hoc obtinendum
primo inducit rationem ex pte patris
ſui/q̃ d̃ furto huius cyphi nullo mõ de/
bebat ĩculpari/cum ip̃e eſſet abſens ⁊
etiã iuſtus:qꝛ pecuniã a filijs reporta/
tã remiſerat in egyptũ. ⁊ ideo nl'lo mõ
debebat hñri ſuſpectˀ d̃ furto illo qð fa/
ctũ ñ fuiſſet d̃ ſuo mãdato: ⁊ tñ ſi ben/
iamin remaneret in ſeruitute intãtum
diligebat eũ ꝙ credebat ꝓbabilit̃ mo/
ri p̃ dolore:qð videbat̃ valde durũ et
rõni abſonũ. hãc aũt rõne deducit iu/
das diffuſe/ vt magis moueat animuz
ioſeph ad cõpatiendũ patri: ⁊ ptz lr̃a
vſqꜫ ibi: b ¶ Vos ſcitis ꝙ duos
fili. genuerit mihi vxor. Iſta ẽ ra/
chel q̃ fuit pncipal' ⁊ pma vxor eius: ⁊
etiã ſola q̃ſitũ fuit ex petitiõe iacob:qꝛ
lia fuit ſibi ꝯiũcta p̃ deceptiões laban:
⁊ due ancille ad petitionem rachelis ⁊
lie:vt habetur ſupra. xxix. ca. ⁊. xxx.
c ¶ Egreſſus eſt vnus. De ſocieta/
te mea. d ¶ Et dixiſtis/beſtia de
uorauit eũ. Videt̃ ꝙ ioſeph h̃ pote/
rat arguere iudã de ꝯdictiõe ſm̃ repre
henſionẽ ſupra poſitã. xlij. ca. vbi excu
ſauerũt ſe de circũitu ciuitatis:dicẽtes
ꝙ hoc fecerãt ad q̃rendũ frẽm ſuũ per
ditũ: ⁊ h̃ dicit̃ ꝙ dixerãt patri ip̃m eſſe
deuoratũ a beſtia. Ad qð dicendum ꝙ
licet nõ oporteat iudam ⁊ fratres ſuos
excuſari de mẽdacio:tñ h̃ nõ ſequit̃ di
ctoꝝ ſuoꝝ ꝯdictio:qꝛ ſtatim poſſet iu/
das rñdere ꝙ dixerãt patri ip̃m eſſe de
uoratum a beſtia poſtqꜫ redierãt ad ip
ſum ex egypto: ꝯcludẽtes ꝙ ex quo nõ
inuenerãt eum/reputabant eum a be/
ſtia deuoratũ. ⁊ eodem mõ poterãt re/
ſpondere de hoc ꝙ dixerũt hic: Cuius
vterinu frater mortuus eſt:qꝛ h̃ dixe
rũt poſt ꝗ ip̃m queſierãt p̃ ciuitatem: ⁊
ex quo n. inuenerãt eũ: ꝓbabiliter eſti
mabãt eum eſſe mortuum. e ¶ Ego
Scda rõ. ꝓprie. Hic inducit ſecundã rationez
ex pte ſui:quia fideiuſſor tenet̃ ꝓ illo
ꝓ quo ſpondet. Iudas autẽ fideiuſſor
erat ꝓ beniamin vt p̃dictũ eſt:ex quo
ꝯcludit ꝙ debebat remãere in ſeruitu/
Tertia rõ te ꝓ beniamin: ⁊ ptz lr̃a. f ¶ Mane
bo itaqꜫ ſeruus tuus. Hic ponitur
tertia ratio ad idez ex aptitudine iude:
erat em̃ homo pfectior ⁊ aptior ad ſer/
uiendũ in oĩbus opibus laborioſis et
bellicis qꜫ beniamin: ꝓpter qð nõ debe
bat refutari iſta petitio. g ¶ Nõ eni
Quarta rõ poſſum redire ad patrem. Hic in/
ducit̃ quarta ratio ad idem:qꝛ iſte iu/
das nullo modo poſſet videre anxieta
tez patris ſui/ſi rediret ſine beniamin.
⁊ ideo ſibi erat condeſcendendũ vt re/
maneret in ſeruitute ꝓ ip̃o:maxie cuz
eſſet aptior illo ĩ oĩbus opibus.

¶ In ca. xliiij. vbi dicitur in poſtil/
la: An ignoratis ꝛc.

**Additio.** In hebraica lr̃a nõ
dicit̃: An ignoratis
ꝛc. ſed ponunt̃ quedam verba quorũ
ſententia eſt: An ignoratis ꝙ homo ſi
milis mei poſſet per auguria talia ſci/
re:quod videt̃ magis conſonum ratio
ni. ip̃i em̃ non habebant vnde debuiſ/
ſent ſcire ꝙ ioſeph eſſet maximus au/
gurator:ſed bene poterant preſumere
ꝙ ioſeph cum eſſet tam potens poſſet
habere augu/

a raonez dñs meus. Interrogaſti
prius ſeruos tuos:habetis prẽz
aut frẽz: Et nos rñdimˀ tibi dño
meo: Eſt nobis pr̃ ſenex/⁊ puer
paruulus/q̃ in ſenectute illiˀ na/
tus eſt:cuius vterinˀ frater mor/

a ¶ Quaſi hic ſolus eſt ſuperſtes d̃ matre
ſua:ſic eni opinabant̃.

tuus eſt: ⁊ ip̃m ſolũm hꝫ mater
ſua:pater v̓o tenere diligit eum.
Dixiſtiqꜫ ſeruis tuis: Adducite
eũ ad me/⁊ ponam oculos meos
ſup̃ illũ. Suggeſſimus tibi dño
meo:nõ põt puer relinq̃re patrẽ
ſuũ. Si em̃ illũ dimiſerit/morie/
tur. Et dixiſti ſeruis tuis:† Niſi
venerit frat̃ veſter minimus vo/
biſcũ:non videbitis ãplius faciẽ
meã. Cũ ergo aſcẽdiſſemˀ ad fa/
mulũ tuũ patrẽ noſtrũ:narraui/
mus ei oĩa q̃ locutus ẽ dñs meˀ.
Et dixit pater noſter: Reuerti/
mini/⁊ emite nobis paruz tritici.
Cui diximus: Ire nõ poſſumus:
Si frat̃ noſter minimus deſcẽde
rit nobiſcũ/ꝓficiſcemur ſil': Ali/
oquin illo abſente/nõ audemus
videre faciẽ viri. Ad que ille rñ
b dit: Vos ſcitis ꝙ duos filios ge
c nuerit mihi vxor mea† Egreſſus
d eſt vnus/⁊ dixiſtis/beſtia deuora
uit eũ: ⁊ hucuſqꜫ nõ cõparet. Si
tuleritis ⁊ iſtũ/⁊ aliquid ei in via
contigerit:deducetis canos me/
os cũ merore ad inferos. Igitur
ſi intrauero ad ſeruũ tuũ patrem
noſtrum/⁊ puer defuerit:cũ ani/
ma illius ex huius anima pen/
deat:videritqꜫ eum non eſſe no/
biſcum/morieť: ⁊ deducẽt famu/
li tui canos eius cum dolore ad
e inferos. Ego ꝓprie ſeruus tuus
ſim:qui in meã hunc recepi fidẽ:
⁊ ſpopondi dicens: Niſi reduxe
ro eum/peccati reus ero in patrẽ
f meum omni tempore. Manebo
itaqꜫ ſeruus tuus ꝓ puero in mi/
niſteriũ domini mei: ⁊ puer aſcẽ
g dat cum fratribus ſuis. Non em̃
poſſum redire ad patrem abſen/
te puero/ne calamitatis que op
preſſura eſt patrem meum/teſtis
aſſiſtam. ¶ Ca. XLV.

N On ſe poterat vltra co/ a
hibere ioſeph/multis co
ram aſtantibus:vnde p̃
cepit vt egrederent̃ cũcti foras/
⁊ nullus itereſſet alienus † agni/ b

habere augures quoſcũqꜫ voluiſſet:p̃/ G
ſertim cum in egypto eſſent multi con/
iectores ⁊ talibus vtente artibus:pro/
ut ex multis locis ſacre ſcripture poteſt
hoc haberi:vnde poſſet ſcire talium ve
ritatem. Scðm Aug'. ꝟo ꝓut ſanctus
Tho. in ſcða ſcðe. q. xcv. Ioſeph vero
hoc dicebat non ſerioſe ſed refrenans
ſe ad illud quod vulgus de eo opina/
bat̃:quia ſcilicet credebant ip̃m ioſeph
eſſe eruditiſſimum in omnibus:vñ. ſ.
xlj. c. Pharao dicebat: Nunq̃d ſapien
tiorẽ ⁊ ſil'ez tui inuenire potero:

**Replica** correctoꝝ ꝯ Bur/
geñ. In capi. xliiij.
vbi Burgeñ. mouet difficultatem de
arte augurandi ip̃ius ioſeph:non mul
tũ recedit a poſtillatore:nec refert mul
tum in ſenſu litterali an per ſe vel per
alios ſe diceret auguriandi habere pe/
ritiam cũ ſint verba curialia/ſicut mul/
ta alia ĩ iſta hiſtoria ꝯtẽta:vel ꝙ illð di
ctum: An ignoratis ſm̃ beatuz Aug'.
referatur ad famam de ioſeph preſum/
ptam ꝛc.

## Nico. de lyra

N On ſe poterat ¶ Ca. XLV
vltra cohibere ioſeph. Hic Diuiſio
ꝯſequẽter deſcribit̃ manifeſta/
tio fraternitatis:vbi primo deſcribitur
huius manifeſtationis modus: ⁊ ſcðo
fructus/ibi: Auditumqꜫ eſt ꝛc. ¶ Cir/
ca primum oſtendit̃ vehementia dile/
ctionis: ⁊ ſecundo clementia remiſſio/
nis/ibi: Ad quos ille: tertio gratia ꝓ/
miſſionis/ibi: Feſtinate:quarto inſtan
tia ꝯſolatiõis/ibi: En oculi veſtri. Cir/
ca primum dicit̃: a ¶ Non ſe pote/
rat vltra cohibere ioſeph. ſ. quin †ſ. 32. d
ſe manifeſtaret: Tũ quia ratio eum in/ H
ducebat ad hoc:eo ꝙ per p̃terita certifi
catus erat de penitentia fratrum ſuorũ
de eo ꝙ vendiderant ipſum: ⁊ de bona
⁊ fideli affectione eoꝝ ad beniamin fra
trem ſuum vterinum: Tũ quia pietas
fraterna nõ permittebat eum amplius
continere pietatis interioris ſigna.
b ¶ Et nullus intereſſet alienus
ꝛc. Non quia ioſeph vellet celare ꝙ eſ
ſent fratres ſui:vt patet infra:ſed quia
in ſui manifeſtatione volebat aliquid
dicere qð latere volebat egyptios ne
frẽs ſui corã eis ꝯfũderent̃:vt patebit.
✱ Eleuauitqꜫ

Moralit̃. a ¶ Non ſe poterat vl Moralit̃
tra cohibere ioſeph multis co/
ram aſtantibus ꝛc. Per hoc autem
ꝙ ioſeph poſtqꜫ ꝓbauerat frẽs de pati
entia ⁊ fideli amicitia reuelauit eis ve/
ritatem occultã:deſignat̃ ꝙ bonus do/
ctor ⁊ magnˀ q̃ p̃ ioſeph ſignificat̃ vt p̃/
